

M. PAULI JUUSTEN

EPISCOPI QUOND. ABOËNSIS,

CHRONICON
EPISCOPORUM
FINLANDENSIUM,

ANNOTATIONIBUS ET APPARATU
MONUMENTORUM ILLUSTRATUM.

DISPUTATIONIBUS ACADEMICIS
PROPOSUIT

HENR. GABR. PORTHAN.

A B O Æ,

IN OFFICINA FRENCKELLIANA,

ANNO MDCCXCIX.

RECEIVED
MAY 18 1869

M. P. C. H. T. N.

BRISBANE

CHRONIC

EPIDEMIOLOGY

AND

ANNALS

OF THE

DISSEMINATION

OF

IN

AND



PRÆFATIO EDITORIS.

In summa qua laboramus penuria monumentorum, ad Historiam resque Fennicæ gentis illustrandas pertinentium, de singulari nobis felicitate gratulari convenit, quod ad nostra usque tempora pervenit Chronicon Episcoporum Finlandensium, a viro de Patria Ecclesiæque nostra immortaliter merito M. PAULO JUUSTEN, Episcopo olim Aboënsi, concinnatum; varias res completens, lucem non Ecclesiasticæ tantum, sed Civili quoque harum terrarum hujusque gentis Historiæ non spernendam affundentes. Manuscriptum illud diu circumferebatur; magnoque fuisse Messenio aliisque rerum nostrarum scrutatoribus usui reperitur: typis autem primus vulgandum instituit, in sua rerum monumentorumque Svecicorum Collectione (Schwedische Bibliothec) Illustris NETTELBLADT (a), gratissimamque Patriarum rerum curiosis, eo consilio, rem præstitit. Præterquam vero quod rarefcere illud jam opus incipiat; aut Codicem ille nactus fuerat non optimæ notæ, aut non accuratissime ubique exprimendum typis curavit: nomina inprimis locorum Fennica vitiose pleraque scripta videas, nonnullosque

A

que

(a) Erstes Stück, N:o 2, pagg. 62—90.

que alios passim naves irrepsisse. Exemplum quidem
suum, ad Nobiliss. pertinuisse ELIAM BRENNERUM,
idoneum sane harum rerum arbitrum, docet Illustris Edi-
tor; sed medicam illius expertum haud fuisse manam, res
ipsa docet. Quod vero addit, pro Autographo Auctoris
habitum a viris fuisse, quibus nota b. Episcopi manus
fuerit; deceptum illum fuisse, non difficulter patet. Ubi
enim aut quanam sunt illa JUUSTENI autographa,
ex quibus manum ejus cognoverant? Nec periti ignorant,
quam difficile sit, in illorum temporum exemplis, manum
scriptoris cujusque accurate tutoque discernere. Anti-
qua autem scriptura praestitisse, Viro illustri haud diffi-
culty credimus; ac si lectu igitur molestum, compendiisque
scripturae; pro temporis illius more impeditum fuit, erro-
res qui in impresso obveniunt, non paucos enatos hinc
fuisse, credere licet. His igitur impulsu rationibus, ad
novam libelli editionem concinnandam, animam adjecimus;
exercitiorum Academicorum loco, ab Adolescentibus inge-
nii egregii harumque literarum amantibus, sensum publi-
cae luci committendam. Subsidia quibus adjuti opus ag-
gressi sumus, (praeter adhibitum a Kettelbladio Exem-
plum, quod N. in notis dicimus), Codices primum fue-
runt duo Manuscripti; alter beneficio nobis utendus datus
Reverendissimi Archi-Episcopi & Pro-Cancellarii D. ni
D. CAROLI FRIDERICI MENNANDER, qui his
impense favere literis pergit; circa medium scriptus vi-
detur seculi superioris, distincte & haud incariose; quem
ex nomine Possessoris, in sequentibus M. vocabimus. Al-
ter

ter ad Bibliothecam pertinet R. Academiæ Aboënsis; quem A. igitur appellamus. Priora folia, ab initio Chronici usque ad XX ordine Episcopum, Magnum Nicolai de Särkilax, recentiore distincte exarata sunt manu, Henrici nempe (Isaaci F.) Bremmeri, qui se eadem anno 1650 (vel 1683?) descripsisse, ipse significavit: posteriora, quæ laudati vitam Episcopi, successorumque suorum, usque ad finem operis, continent, vetustiore manu, auctorisque coævam, scripturæ compendiis difficilibus factam, exhibent; neque hic librarius suam vel nomen vel ætatem celavit, addens notam folio 9, hujusmodi: Eo tempore quo ego Michael Stuuth eram in servimine Joannis Wesgoti in Wexö, (ejusdem nempe, qui vacante post mortem Arvidi Kurck sede Aboënsi, reditus Episcopales, jussu Regis GUSTAVII, collegerat administraveratque) &c.

(b). Cujus Codicis posteriori huic parti, a vitis licet nec illi inmani, (quæ igitur notavit passim Bremmerus, veriorrem adscribens iis lectionem), multum imprimis tribuimus; adeoque lectionis etiam ejus varietatem diligentius excerpimus, e reliqua copia iis tantum quæ momentum aliquod trahere viderentur, subjunctis. Deinde in Archivo Palmköldiano, quod in Bibliotheca jam servatur R. Acad. Upsaliensis, fragmentum offendimus (c) Chronici Episcoporum Finlandensium, antiqua valde manu scriptum, JUUSTENI quæ nostræ ætatem sine dubio superans,

A 2

(b) Conf. quæm edidimus Hist. Bibliothecæ R. Acad. Aboënsis, §. XXXI, p. 146.

(c) Vol. Åbo och Åland, 4:o, N:o 190.

rans, binis in Quarta quam dicunt Forma foliis constans, Episcoporumque sistens Aboënsium seriem a S. Henrico ad Conradum Bitz continuatam, in cujus vita. abrumpitur. Brevius JUUSTENI Chronico, vitas Præfulum tangit; sed quedam tamen habet ab hoc prætermissa; Romano-Catholicæ addictissimum superstitioni animum auctoris haud obscure prodit. Legerat atque descripserat Palmisköldius, sed non ubique feliciter; lacunasque passim in suo relinquare Apographo (d) coactus est. Non spernendam ex Catalogo hooce collato (quod Fragmenti Palmisköldiani nomine laudo), ad loca quedam JUUSTENI constituenda opem expertus sum. Librum denique veterem Privilegiorum Ecclesiæ Aboënsis, (dictum valgo Åbo Domkyrkas Swartbof) in Bibliotheca Regia Stockholmiensi (quo ex Archivo Antiquitatum translatum fuit) aservatum (e), consului, confirmandis illustrandisque iis quæ a JUUSTENO nostro dicuntur, multis locis egregie inservientem. Atque hac simul opportunitate usi, non textum modo (quem vocant), auctoris nostri edendum esse. emendandumque duximus, sed adjunctis quoque eundem Annotationibus, (lucem sic aliquam Historiæ Fennicæ allaturi), illustrare institimus; quas, ne opus ipsum edendum vel interrumpere viderentur vel opprimere, ad calcem rejiciendas existimavimus, brevibus tantum, quæ lectionis maxi-

(d) Ibid. Vol. in 4:o, Åbo och Åland; N:o 180, Åbo Bisköpar.

(e) De quo vid. Tidningar utgifne af et Sällskap i Åbo, 1782, N:o 32, p. 249 sq.

maxime spectant varietatem, notulis textui mox subjectis.
 • *Notas III. NETTELBLADII, apud ipsum (l. c.) redius quærendas, non repetivimus; e quibus tamen (passim itaque nobis laudatis), profecisse nosmet, grati agnoscimus. Appendicem tandem opusculo adjiciemus Monumentorum, ad Historiam Fennicam, maxime Ecclesiasticam, illustrandam pertinentium, e vetusto inprimis, quem laudavimus, Libro Ecclesiæ Aboënsis, sed & aliunde, collectorum atque descriptorum, maximam partem hæcenus ineditorum; iis quæ jam typis exstant excusa, loco simul ubi legi possint indicato, plerisque breviter tantum recensitis.*

Auctorem Chronici nostri meritaque sua qui cognoscere cupierit, RHTZELII adeat Episcoposcopiam (f), aliosque rerum Sveciæ Ecclesiasticarum auctores (g). Opusculum hoc suum quod attinet, non tantum ipse in fine præfationis, & post enarratam vitam Johannis Olavi, XXII Episcopi, expressis testatur verbis, reliquias sese veterum monumentaque secutum, adeo ut sua fides, si alicubi a vero aberraverit, accusari minime debeat (h);

A 3

sed

(f) VII. B. III Cap. p. 346.

(g) Quibus addere, si placuerit, licet Diff. Narrationem M. PAULI JUUSTEN, Ep. Ab. de Legatione sua Russica exb. quam hic edidimus 1757. Edn. of et Edliff. i Abo 1782, N:o 24 & 25. Historiam nostram Bibliothecæ Acad. Ab §. XXXI p. 144 & p. 215 sqq. Cl. E. Turlindberg Diff. Historiola Concion. Sacr. Fennicar. P. I, §. III.

(h) Nollem igitur Nostrum castigari a Nobiliss. LAGER-

sed Fragmentum quoque Chronici, in Archivo Palmisköldiano asservatum, quod laudavimus, collatusque cum auctore nostro vetus Liber Ecclesie Aboënsis, idem aperte confirmant. Quin opusculum ipsum clarissime prodit, vitas XXI Episcoporum primorum potius exscripsisse verbotenus JUUSTENUM nostrum, e vetustis libris atque exemplis haustas, quam ipsum enarrasse atque composuisse; adeo ab ejus & judicio & sensu abhorrent quædam, scriptorisque manum ostentant Pontificia superstitione capti penitus atque fascinati! Quamobrem neque hæc loca atque hujusmodi judicia, auctori nostro, magis quam nobis qui opusculum ejus edimus, vitio sunt vertenda. Aliam profus mentem, alium de religione sensum redolent, quæ deinceps sequuntur atque a JUUSTENI ipsius profecta sunt ingenio; quare eidem auctori totum adscribi opusculum minime posse, facile hinc apparet. Cujus autem aut quorum industria, prima ejus pars debeatur, plane nosmet latet; nisi quod prædecessores suos fata Ecclesie populi que Fennici diligentius scriptis comprehendisse credere se dicat, in præfatione sua Noster, easque sese reliquias congessisse, significet: quod a vero non abludit. Canonicos etiam Ecclesie Aboënsis aliquos, in quibus homines litteris excultos patriæque & Ecclesie suæ rerum stu-

BRING, Svea Rikes Hist. Del. 2, Cap. II, §. 2, quasi nullo indicato auctore adduxerit quæ de primis memorie prodit Femorum Episcopis: sane enim auctores suos, veterum sc. quæ bona fide descripsit monumenta, Noster indicavit; de quorum fide judicandum lectoribus reliquit.

studiosissimos fuisse constat, hujusmodi operi industriam
impendisse, non est improbabile. Sed meras conjecturas
adferre piget. Cujuscunque sit, ab hominibus profectum
esse rerum gnaris, fideque, ubi de factis narrant, haud
indignis, res ipsa loquitur, monumentaque vetu-
sta egregie confirmant.



PAUL

PAULUS JWSTEN, EPISCOPUS *Aboënsis*, honorabilibus juxta ac discretis Viris, Dominis Ecclesiarum Pastoribus in Finlandia constitutis, gratiam & pacem a Deo precatur ¹ in Christo Jesu Domino nostro.

Humanissimi Viri, ipsi meministis, repetentes veterum monimenta, quod regnante illustrissimo Rege S. Erico in Svecia, circiter annum Domini 1150 a), Finlandia subacta sit b) ad capescendum Christianismum, ut relicto paganismo c) ad Deum vivum & verum converteretur ², ipsum & filium ejus Servatorem omnium nostrum in Spiritu Sancto agnosceret ², fide coleret ², & invocatione adoraret. ² Tavastia deinde anno Dni 1249 ³, Duce quodam Birgero Jærl, genero Erici Regis Sveciæ, ad amplectendum eundem cultum Dei subigitur d). Anno vero 1293 conversa est Carelia ab Idolomania ⁴, & regno subacta Sveciæ. e)

Hoc ingens Dei beneficium, & singulari præconio semper celebrandum, agnoscamus nos Finnonnes, & Deo pro hac immensa misericordia, quam nobis in filio exhibuit, grati simus, quod nos, qui quondam extra rempublicam Christianorum, abalienati a Deo, in tenebris gentilitatis nostræ vivebamus, non tantum in

¹ Omittit Codex A. ² Converterentur, agnoscerent, colerent, adorarent, habent M. & N. ³ Codd. M. & N. 1248. ⁴ A. Idololatria.

in Christo eligere, sed etiam voce Evangelii sui, mediante Spiritus sui vivifica operatione, ad societatem & communionem sanctæ suæ ecclesiæ vocare, & in ea usque ad hæc tristia⁵ tempora f), missis subinde Evangelii ministris, clementer conservare dignatus est. Hoc beneficium quia æternum & spirituale est, omnia alia beneficia corporalia & terrena multis parafangis antecellit⁶. Inde enim⁷ colligimus, nos non tantum in hac vita curæ esse Deo, & illi fide placere; verum etiam quod ex hac remota natione velit colligere sibi hæreditatem & Ecclesiam, quæ eum in hac vita agnoscat, colat, invocet, adoret, & post hanc vitam apud eum in æternum vivat, cum sanctis Angelis, & reliquo glorificatæ Ecclesiæ coetu. Hæc nobis magnæ consolationi sunt: dum scimus gentem nostram, majores nostros, proavos, patres, cognatos, amicos, & proximos, nos ipsos & liberos nostros, foedere Baptistini & voce Evangelii ascitos & assumptos esse, in societatem sanctæ Ecclesiæ, & per redemptionem Domini nostri Jesu Christi factos hæredes vitæ cœlestis: etiam si magna videatur esse turba contemnentium beneficium redemptionis Filii Dei. Hæc sic fore, de vocandis gentibus Prophetarum oracula præcinuerunt. Collegi igitur nomina & vitam Pontificum Finlandensium, sicut prædecessores nostri eas antea descriptas post se reliquerant. g) Ubi illi cessarunt, adjeci ego,

B

ma-

5 A. tristitia. 6 M. antecedit. 7 M. habet n. (nempe vel nimirum).

maxime ab Episcopatu D. Arvidi Rurci⁸, & sic deinceps. Feci autem hoc, ut videatis initia, progressus, & incrementa Ecclesiae Finlandicae: deinde quid⁹ passa sit a vicinis nationibus, a Ruthenis *h*) & impiis Curonibus *i*), nec non & a Danica perfidia *k*). Hi omnes, quasi conjurati Philistaei, in perniciem, everisionem & desolationem hujus Ecclesiae conspiraverunt: quam Deus tamen brachio suo extento mirabiliter defendit, & haecenus conservavit.

Vides quoque in hoc brevi scripto, non tantum quomodo accreverit Ecclesia patriae nostrae, sed etiam quomodo & sub quo Episcopo factae sunt mutationes praecipue^{*} status clericalis, reformatio doctrinae & caeremoniarum, & quid unoquoque tempore acciderit. Credo praeterea ista omnia a praedecessoribus nostris diligentius esse scriptis comprehensa *l*); sed crebris hostium irruptionibus, incendio, & alio infortunio perierunt ¹⁰. Has igitur veterum reliquias, & nostra quoque fragmenta, pro aedificanda Ecclesia congesta, boni consulite, ac in Domino bene valete.

Dispensatores Ecclesia sancta fideles
*Semper habet, quo sit Domini promissio firma*¹¹.

CA.

8 Rurci habet N. male 9 N. quae. * praecipuae?
 10 A. & M. perierant. 11 Hi versiculi in Codice tantum M. comparent.

CATALOGUS ET ORDINARIA SUCCESSIO
EPISCOPORUM FINLANDENSIVM.

*Pontifices isti Finlandenses meruere
Ecclesias regere, suffulti dogmate Christi.*

PRIMUS.

Beatus HENRICUS *m*), oriundus in Britannia ma-
jori, hoc est, Anglia, prius Episcopus Upsalen-
sis (quartus ¹ in eo ordine) antequam illa Ecclesia e-
recta fuit in metropoli. Hic post biennium *n*) San-
ctum Ericum comitans, in Finlandiam venit, ut Fin-
nones a paganismo ad agnitionem & cultum veri Dei
converteret, & ipse tandem ² sequente hyeme martyrio
afficitur. Hæc acta sunt anno D:ni 1150 *a*). Quare
autem martyrium passus sit *o*), ejus ^{*} legenda testa-
tur *p*), quæ Finnonibus satis est nota *q*).

SECUNDUS.

Dominus RUDOLPHUS, natione Vestgothus ³,
captivatus a Curonibus, & ab eis deportatus, interfi-
citur in Curonia ⁴, A:o D. 1178 ⁵ *r*).

B 2

TER-

¹ N. quintus. ² Omittit A. * A. *Historia* inserit.
³ A. *Westrogothus*, N. *Wesgothus*, semper. ⁴ M. *Curovia*,
N. *Curronia*. ⁵ Annus hic expressus non legitur nisi in
Codice A.

TERTIUS.

D. FOLQUINUS s) natione Svecus, prius Canonice Upsalensis t). Non autem compertum est, quamdiu sedes Episcopalis vacaverit post martyrium B. *Henrici*, aut quot annis isti duo sequentes fuerint in Episcopatu u). Cogimur igitur horum tempora silentio præterire; nisi quod circiter ° annum D:ni 1198 dicuntur Rutheni incendio devastasse Abo u). *Id factum est feriis Pentecostes °.*

QUARTUS.

D. THOMAS x), natione Anglicus, ordinis Prædicatorum y), prius Canonicus Upsalensis; obiit anno D:ni 1248, in Visby Gotlandiæ ², quo se contulerat propter Ruthenorum & ³ Curonum ⁴ furorem ³).

QUINTUS.

D. BERO, natione Vestgothus, Cancellarius Regis Erici secundi, & ejus consanguineus aa); sepelitur in templo Råndamáki bb).

SEXTUS.

D. RAGVALDUS, natione Ostgothus ², prius Can-

* A. *acriter*. 6 Hæc additio non comparet in Codice A. 7 A. *oppido Gotlandiæ*. 8 A. *omittit*; N. & *Curonium*. 9 M. & N. *Westgothus & Wesgotbas*; sed confirmat scripturam Codicis A. *vetus Fragmentum Archivi Palmisköldiani, habens Ostgotus.*

Cancellarius Birgeri ducis dicti Jarl ¹⁰ ce); & per ipsum fuit primum *Maskot* inceptum *id.* Obiit anno D:ni 1266, sepelitur in Templo Råndåmåki *.

SEPTIMUS.

D. CATILLUS, natione Vestgothus, prius Cancellarius D. Waldemari Regis ¹¹ ee); sub quo Collegium Canonicorum primum fuit constitutum ¹² in Ecclesia Aboënsi ¹³, Anno D:ni 1266 ¹⁴, ex mandato D. Urbani Papæ quarti, consensu Regis Magni, per visitatores & procuratores, D. *Folquinum* Archiepiscopum Upsalensem, D. *Andream* Præpositum, illustris famæ, & *Nicolaum* Parvedicanum Upsalensem ff).

OCTAVUS.

D. JOHANNES, Prior Sigtunensis ¹⁵. Hic primus processit ad ¹⁶ Canonicam electionem g*) in Ec-
B 3
ele-

¹⁰ A. Jarl. * Hic additur in Codice M, insigni commisso anachronismo: Anno 1368, 10 Cal. Febr. facta est translatio Ecclesie Cathedralis ex Råndåmåki ad Abo. An 1268 legendum, & totum hoc additamentum ad Magnum Episcopum Nonum, transferendum? Ubi tamen Codex ille nihil a reliquis differt. ¹¹ M. & N. omittunt Regis. ¹² M. institutum. ¹³ A. in Templo Råndåmåki; Fragm. Palmk. in Rånthåmåki. ¹⁴ Ita Codices M & N. Etiam Fragmentum Palmköldianum habet MCCLXVI. Codex autem A. habet 1276, propius ad veritatem, ut infra docebitur. ¹⁵ N. vitiose Sictunensis; Fragm. Palmk. Siktunensis. ¹⁶ A. in.

clesia Aboënsi; demum postulatus & translatus in Archi-Episcopum Upsalensem gg). Obiit Anno D:ni 1268 ¹⁷ hh).

NONUS. 2

D. MAGNUS, natione Finlandensis, natus in Paroecia Rusko, villa Mårtälä ¹⁸, prius Canonicus Aboënsis, canonicè electus. Hic transtulit Cathedram Episcopalem ¹⁹ de Råndâmâki ad locum ubi nunc est Ecclesia lapidea constructa, de licentia D. Papæ Bonifacii octavi, Anno D:ni 1300 ii), & ibi primus sepelitur.

DECIMUS.

D. RAGVALDUS, prius ²⁰ Canonicus Aboënsis, natione Alandensis ²¹, consecratus Stockholmiæ. Hujus *Ragvaldi* temporibus Castrum Cuusto ²² erigitur, Anno D:ni 1317 ²³. Eodem fere anno Birgerus Rex Sveciæ, fratres suos Duces ²⁴ dolose captivavit, & interemit nocte ²⁴ S. ²⁴ Damisci ²⁴. Sequenti Anno

17 Tota hæc additio abest a Codice A.; nec in Codice M. numeri expressi sunt. 18 Id hodieque nomen habet; N. *Merchele*, vitiose; Fragm. Palmk. *Mertiala*. In Libro Ecclesiæ Aboënsis scribitur *Mårtbiala*. 19 A. *Cathedralem Ecclesiam*. 20 M. & N. *primus*, sine dubio vitiose. 21 M. & N. Alandensis. 22 A. *Custôd*, rectius *Kustôd*. 23 Fragm. Palmk. male *MCCCVII*:o. 24 Omittunt M. & N.; habet Fragm. Palmk. 24 Abest a Codice A.

no combusta fuit civitas Aboënsis, & Ecclesia Cathedralis per Ruthenos direpta ²⁵. Obiit D. *Ragvaldus* Anno D:ni 1321. Sequenti vero anno Georgius Rex Ruthenorum obsedit castrum Viborgh, exercitu magno ^{jj}).

UNDECIMUS.

D. BENEDICTUS, natione Svecus, prius Canonicus Upsalensis, etiam canonicè electus. Hic duos Canonicatus de novo fundavit ^{kk}), cum prius non essent nisi quatuor Canonice ²⁶ in Ecclesia Aboënsi. Obiit Anno D:ni 1340 ²⁷, die Beatorum Crispini & Crispiniani.

DUODECIMUS.

D. HEMMINGUS, natus in Paroecia Bålinghi Diocesis Upsalensis, electus Divina inspiratione, ^l) & consecratus in Ecclesia Parochiani ²⁸ Stockholmensi. Hic curavit de novo Præposituram in Ecclesia Aboënsi, Pontificatus sui anno 2. Dedit Ecclesie Mitram & Baculum, preciosos libros Theologiae & Juris Canonici multos ^{ll}), & ornamenta plurima. Cairis † Medelby ††, cum colonis Jånesaari *, Forsby **, & a-

25 Fragm. Palmisk. addit: *Feria 2 Pentecostes*. 26 A. Canonici. 27 Fragm. Palmisk. habet *MCCCLVIII:0*, & addit: *in summo choro ad latus beati Hemmingi sepelitur*. 28 A. omittit. † Paroecia Nummis, prope urbem. Vid. Liber Ecclesie Aboënsis (ubi scribitur *Keris*), Fol. 117 sq. †† Villa Paroecia Korpo? * In insula Hirvisalo, Paroecia S. Ma-

& alios plures acquisivit. Obiit Anno D:ni 1367, Pontificatus sui Anno 27, vitæ vero suæ 77, 12 Calendas Junii, sepultusque est in Ecclesia Aboënsi, in summo choro, ad latus antecessoris sui; cujus ossa exhumata sunt postea, præsentibus Episcopis Sveciæ, & beatus proclamatus Anno D:ni 1514 *mm*).

DECIMUS TERTIUS.

D. HENRICUS Hermannii, Præpositus Aboënsis, canonicè electus. Obiit in via de curia Romana redeundo, Anno D:ni 1368 ²⁷ *n^o*).

DECIMUS QUARTUS.

D. JOHANNES Petri ²⁸, qui fuit Rector Universitatis Parisiensis *nn*). Excommunicavit Sunonem ²⁹ Haquini, Capitaneum arcis Wiburgensis, qui in Nylandia interfectus fuit *o^o*). Hic obiit Anno D:ni 1370, & sepultus est sub lapide æneo in Ecclesia Cathedrali ³⁰. Hic sepulcrum S. Henrici in Noulis condecoravit. *oo*).

DECIMUS QUINTUS.

D. JOHANNES, cognomine ³¹ *Vestfal* ³², natione

riæ. Vid. Lib. Eccles. Aboëns. Fol. 99. ^{**} In parocchia *Kumo*. Vid. Lib. Eccles. Aboënsis, Fol. 109. 27 *Fragm. Palmisk.* addit: *in summo choro ad sinistrum latus juxta S. Hemmingum sepelitur a:o MCCCCLXVIII.* 28 *Fragm. Palmisk.* addit: *Svecus.* 29 *A. Simonem, vitiose.* 30 *A. Aboënsi, Fragm. Palmisk.* addit: *ad dexteram S. Hemmingh sepelitur.* 31 *A. cognomento.* 32 *A. Westphal.* *Fragm. Palmisk.*

tionē Aboënsis, qui Chorū & Præbendam S. Catharinæ in Ecclesia Cathedrali fundavit. Hic obiit in Nijtygård ³³ Anno D:ni 1374 ^{p^o}, & sepultus jacet in choro S. Catharinæ. Hujus tempore Castrum Raseborgh exstruitur per Boō Jonsōn ^{pp}).

DECIMUS SEXTUS.

D. BERO *Georgii Balk* ^{*}, oriundus in Vemo ³⁴, qui prius ^{**} prælaturam Archidiaconatus ³⁵ in Ecclesia Aboënsi ³⁶ fundavit, & cœnobium virginum Vestalium construxit in Corois ^{qq}). Hujus tempore passa est Ecclesia Aboënsis maxima damna, tam de piratis ^{r^o} quam Ruthenis ^{rr}). Obiit autem in Cuusto ³⁷ Anno D:ni 1412, circa ferias Apostolorum Petri & Pauli, & sepultus jacet sub pulpito in choro Aboënsi. Hujus tempore missa Auroræ per Reginam Margaretam, cum parœcia *Pijcke* ³⁸, fundata est ^{ss}).

DECIMUS SEPTIMUS.

D. MAGNUS *Olai*, ex nobili & famoso vasallo *Olavo Tavast* in Parœcia Virmo, & Villagio Alasjo-
C ki

*Johannes Westfalus, Aboënsē præbendam S. Katharinæ fundavit. 33 Vel Niittu kartano, (Villa Parœciæ Lemo?) M. Nijtytegårdh, A. Novogrodia; sed Fragm. Palmisk. Nytykartano. * N. male Balt. 34 Fragm. Palmisk. addit: MCCCCLXXXV: o Romæ consecratur. ** An primus? 35 A. & Archidiaconatum. 36 A. Cathedrali. 37 A. Christo. 38 A. constanter Pijckis, ut hodie fere dicitur. N. ubique Lyckē, vitiōse.*

ki oriundus, Magister Pragensis, quondam Archidiaconus Aboënsis & Cancellarius Erici Regis, ab eo plurimum dilectus *tt*). Consecratus Romæ apud S. Catharinam, ad mandatum D. Johannis Papæ XXIII, Anno D:ni 1412. Hic in reditu suo Parrisiis hyemavit, & redeundo in Patriam, D. Regem visitavit, ab eo honorifice suscipitur, & tributum regium Parœciæ Masko sibi ad dies vitæ conceditur. Hic sacellum Corporis Domini³⁹ in Ecclesia fundavit Aboënsi. Monstrantiam preciosam valde; in summitate altaris positam perfecit, & ipsum altare preciosis indumentis aliisque reliquiariis & clenodiis quam plurimis magnifice decoravit. Missas quotidianas ibidem in perpetuum celebrari instituit. Præbendam vero ipsam, quam multis coloniis ad altaris & præbendati sustentationem honorifice dotavit. Domum etiam lapideam pro residentia Prælati constitui fecit: jus patronatus sibi & suis hæredibus quoque reservavit, ut in literis foundationis satis patet. Hic ob devotam quem erga passionem Dominicam habebat zelum, horas de sancta cruce & passione Dominica, ad singulas canonicas horas legi per diocesim instituit Aboënsim. Hic etiam in sacello proprio, ubicunque constituebatur, Matutinas, Vesperas, & Completorium, quotidie in persona propria devote præcinit. Missam vero per suos Sacellanos canere nullo modo aut tempore prætermisit; in horis & orationibus dicendis multam gra-



gravitatem, devotionem, magnamque diligentiam adhibere consuevit. Archidiaconatum, quem suus fundaverat prædecessor *D. Bero*, ne propter redituum paucitatem annihilaretur, ipsum prædiis dotavit aliquibus, ibique reditus adauxit annuales; & sic ipsum quasi de novo fundavit. Ante eum tantum sex erant Canonici, & totidem Chorales, Abo. Hic vero quatuor adauxit Canonicos, similiter & Chorales *u^o*). Ad ejus persuasionem *D. Johannes Amundi*, suus Archidiaconus, *B. Johannis* fundavit sacellum, eumque (*idque*) satis dotavit competenter. Ad ejus consilium *D. Jacobus Detmarus* ⁴⁰ de *Söffsal*, & frater suus ⁴¹ *Friedericus*, beati *Georgii* præbendam fundaverunt. Hic Præbendam Animarum in Ecclesia erexit Aboënsi, & missas quotidianas ibidem in perpetuum celebrari instituit. Ad ejus exhortationem dicitur quod *Hinzechinus* ⁴² *Knaap*, Consul Aboënsis, Apostolorum *Petri & Pauli* Præbendam erexit in Ecclesia Aboënsi. Altare *S. Annæ* sub eo erigitur, & ejusdem fraternitas ⁴³ *u^o*) inchoatur. Sub eo & per ipsum inchoata est fraternitas trium Regum, altare erigitur, Chorus instruitur, & ipse primus ac præcipuus est fundator. Sacellum *Divæ Virginis*, quod nunc Altare *Clericorum* nuncupatur, sub eo, & ejus consilio, per *Nicola-*

C 2

cola-

⁴⁰ A. vitiose *Demarus*. ⁴¹ A. ejus. ⁴² N. *Hinzerbinus*, vitiose. In vetusto libro Privilegiorum Ecclesiæ Aboënsis vocatur *Hinza Knaap*. ⁴³ A. & M. *cultura*.

colaum Lydichini * Capitanum Castri Aboënsis u⁴⁴) erigitur & fundatur. Ad ejus suggestionem D. Carolus Rex Sveciæ tres in Ecclesia Viburgensi fundavit Præbendas, S. Johannis, Catharinæ, & Annæ, & eas competentibus dotavit redditibus. Hic domum lapideam pro residentia Episcopi in civitate Aboënsi, (ubi penitus nulla ante ipsius tempora ædificia * erant,) *iii*) de novo construi fecit. Castrum etiam Cuius pro majori parte erexit. Sanctimonialis ordinis S. Salvatoris de Vastenis ad dioccesin transtulit Aboënsis, & monasterium earum in Valle Gratiae ⁴⁵, primus extruxit fundator *vv*). Sacristiam ibidem (&) summum chorum propriis erigi fecit expensis, & ob devotum, quem erga religionem * illam habebat, zelum, propriam ibidem sibi construi fecit ultra aquas residentiam, & nullam sibi infra ⁴⁶ Fratrum clausuram domum ædificari fecit. Speciales proventus Curati ⁴⁷ ex Parœcia Masko provenire ⁴⁸, cum singulis redditibus & juribus Episcopalibus, eidem monasterio Vallis Gratiae, pro dote, in perpetuum assignavit. Sed quia fratres ejusdem monasterii, ejus successorum Domino Olavo tanquam ingrati rebellabant, & propter alias satis rationabiles ⁴⁹ causas, illa dotatio, per un-

44 A. Lydichson. * An excidit lapidea? Vel num ædificia modo in usum Episcopi extructa intelligit? 45 A. addit Nådändagla. * h. e. Ordinem monachalem. 46 A. intra. 47 A. curavit. 48 Omittit M. Forte legendum provenientes? 49 A. probabiles, M. notabiles.



undem Olavum, & suum venerabile Capitulum revocatur *xx*). Jus patronatus quod habebant Fratres monasterii Padenfis in Livonia ad Ecclesias Borgo, Sibbo & Perno, per ipsius industriam obtinent Aboenses *yy*). Ex earundem etiam Ecclesiarum censibus prima Missa, quæ quotidie in aurora in Ecclesia Aboënsi dicitur, perpetuata est. Hic Magnus ab eadem missa auroræ inchoando, usque ad summam missam terminando, statuit in Ecclesia Aboënsi omnibus horis intermediis in perpetuum Missas speciales, ita quod ⁵⁰ nulla hora intermedia absque Missa præteriret. Hujus tempore anno videlicet 1429 ⁵¹, die 8 Corporis Christi, exusta est Ecclesia Aboënsis; sed in brevi, ante ejus vitæ terminum, in melius reparatur. Eodem tempore residentia sua Coroïs ⁵² in una parte exurit, & ex eodem incendio Sacellanus suus Dominus Bero incineratus est. Terram Sanctam in magnis periculis & expensis adiit, Venetiisque preciosiora hujus Ecclesiæ indumenta fieri fecit, & comparavit. Hic plurimos Theologiæ & Juris libros, ad usum Ecclesiæ acquisivit *zz*): ejus tempore, & eo cooperante, caput & brachia beati Henrici argentea facta sunt, Calix, Patenâ & Monile ex auro purissimo, Crux illa magna & preciosa ⁵³ de argento, fabricatur, Evange-

C 3

lia-

⁵⁰ A. ut. ⁵¹ A. 1425. ⁵² Ita, vero nomine aliis locis appellat Auctor. M. *Corovia*, N. *Coronia*, A. *Corobia* (Coroïs); forte fuit *Korofia*? ⁵³ A. addit (Christi Crucifix).

liare & Epistolare diligentissime conscripta argento ornantur, & alia quam plurima Ecclesiæ indumenta & Clenodiæ coëmuntur *aaa*). Hic inter optimates & Regni Consiliarios, velut alter Joseph, magnus & re & nomine, per tria regna aquilonaria reputatur. Hic milites & singulos nobiles, ac de tota dioecesi incolas, ad manum habebat paratissimos, & eundo ad comitia quæ Holmiæ, vel aliis in locis, solenniter celebrabantur, ei ⁵⁴ tanquam regiæ serviebant majestati *bbb*). Hic licet decrepitus & senio gravi confectus, quasi invitus extra suam dioecesin propter varia regni negotia expedienda, & consilia ab eo salubria exhaurienda, in regno apud Regem Carolum tempore non modico, id est, tota hyeme occupatur. Tertiam partem ex tributo regio, quod gravissimum & importabile erat, per totam dioecesin Aboënsē diminui impetravit; sed singulariter propter prædia & terras Coronæ, quæ vel Ecclesia vel Nobiles patriæ acquisiverant *ccc*). Quinta pars tributi regii ad ejus petitionem eis remittebatur; sed non diu post ejus mortem, gratia ista ad monetam reparandam, regnante Carolo, defalcata est *ddd*). Seditiones in Satacundia exortas, quæ valde periculosæ erant, suis & consiliis & persuasionibus, edomavit *eee*). Legiferum unicum per totam dioecesin habebat Finlandia; & ideo minus sufficienter eodem tempore justitia Finnonibus administra-

nistrabatur; sed D. Magno procurante, duo discreti eliguntur Legiferi, qui populo Finlandensi jus dicerent *fff*). In electione Regis Sveciæ Finlandia ante ejus tempora nullum habebat votum, sed jam ad ejus procuracionem, sicuti aliæ diœceses in regno, sic & Finlandenses, eligendi Regem Sveciæ plenariam habent facultatem *ggg*). Pauperes & debiles, cœcos & claudos, singulis suis residentiis, Christi fidelium decimis & suis propriis redditibus, enutrivit. Quanta bona non tantum singulariter suis amicis & parentelæ *, & generaliter ac communiter omnibus exhibuerit, non facile dixerim. Vitam honestam, castam, & multum temperatam habebat. Nomen ejus famosissimum *, & fama laudabilis non solum in sua diœcesi & vicinis partibus, verum etiam apud Ruthenos & multas externas gentes, longe lateque per regiones remotissimas magnifice & honorifice divulgabatur. A singulis plus quam dici potest, miro venerabatur affectu; ita ut a plerisque Ecclesiarum prælatis, nec non ab aliis quam plurimis, summo sacerdotio dignus judicaretur *hhh*). Omnes enim de eo bene sentiebant, quia multa & varia virtutum opera suo peregit tempore, & in regno Sveciæ, & Ecclesia Finlandensi. In Ecclesia Aboënsi * beato *Hemingio*, & sibi, (post beatum *Henricum* Episcopum) nunquam reperti sunt similes, qui
tot

55 M. & N. Parentibus. * A. formosissimus. * A. inserit excepto, male.

tot & tanta laudabilia suis temporibus perpetrarunt opera *iii*). Hic postquam 38 annos laudabiliter Ecclesiam rexerat Aboënsē, senio prægrandi devictus juri suo Episcopali renunciāns, (adhuc enim duobus postea supervixit annis) Anno D:ni 1452 die nona Mensis Martii *, Anno postquam Episcopalem ascendit Cathedram 40, ætatis vero suæ 95, apud monasterium Vallis Gratiae, in domo residentiae suæ, in bona senectute extinctus, (&)⁵⁶ in choro corporis Christi, directe in medio, ante gradus altaris, in Domino jacet sepultus.

DECIMUS OCTAVUS.

D. OLAUS, nepos Domini *Magni*, prædecessoris sui, qui eum ab infantia enutrivit & magnis expensis Parrisiis aluit *kkk*). Iste in Parœcia *Micte*, villagio *Rungo*, oriundus erat. Magister Parrisiensis, & in sacra Theologiæ facultate Bacchalaureus. Hic fuerat Rector Universitatis Parrisiis, & Lector Ethicorum, nec non Pædagogista ibidem *lll*). Hic post liberam resignationem & renunciationem Domini *Magni*, in ejus locum eligitur, & anno D:ni 1450, ad mandatum D. Nicolai Papæ, in Anno Jubilæo Romæ consecratur. Hic in⁵⁷ omni facultate doctissimus, & agendis prudentissimus, & Rhetor extitit facundissimus.

⁵⁶ Delendum videtur. * *M. Maji*. ⁵⁷ Omittunt *M. & N.*

mus. Ille ^{us} apud Gallos, & præcipue Parrisienses, celebris erat famæ, Consiliarius Regum Christophori & Caroli, ipso adhuc Præposito existente. Hujus tempore erigitur & fundatur altare Undecim Millium Virginum in Ecclesia Aboënsi. Anno octavo Episcopatus ejus, combusta est civitas Aboënsis ex fulmine. Hic anno D. 1460, die Matthæi Apostoli, anno Episcopatus sui 10, in domo Episcopali Abo., singulis Ecclesiæ sacramentis devotissime perceptis, viam universæ carnis est ingressus, & in choro Corporis Christi, ad sinistrum latus prædecessoris sui, Domini *Magni*, est sepultus. Hujus tempore Dominus Johannes Archiepiscopus Upsalensis, opposuit se Regi Carolo. De qua re consulantur Chronica regni Svecia &c. anno D. 1457.

DECIMUS NONUS.

D. CONRADUS *Bitz*, natus ex famoso milite Domino *Henrico Bitz*, quondam Capitaneo Castri Aboënsis *ni*). Magister Lipsiensis & Præpositus (ad tempus) Aboënsis, tandem per viam scrutinii in Episcopum concorditer eligitur. Senis apud Minores consecratur, sub Pio Papa secundo. Hic conventum Vallis Gratiæ confirmavit, & personas ejusdem conventus sub perpetua clausura inclusit. Sub eo sacellum Omnium Sanctorum in Ecclesia Aboënsi de novo erigitur, & per eum consecratur, simul cum undecim

D

alta-

altaribus in eadem Ecclesia uno & eodem die ⁿⁿ). Ita quod ante illud tempus altare Corporis Christi per totam dioecesim Aboënsis unicum & solum consecratum habebatur. Hic horas gloriosissimæ virginis Mariæ, in prædicto sacello in perpetuis temporibus decantandas instituit, & parochialem Ecclesiam in Numms cum ⁹ singulis obventionibus & redditibus Episcopalibus, & Curati, memoratæ capellæ in perpetuum incorporavit. Hic duos de novo ⁶⁰ in summo choro instituit Choraless ⁿⁿⁿ). Sub eo totum Cæmeterium Ecclesiæ Aboënsis instauratur, & quam plurimæ Ecclesiæ lapideæ per totam dioecesim eriguntur ^c). Hujus tempore castrum Olafsborgh ^{ooo}) in Savolax, propter Ruthenorum insultum, per D. Ericum Absalonis, Equitem auratum, erigitur, & oppidum Wiborgh muro cingitur ^{ppp}). Castrum Cuusto funditus incendio casuali exurit, & multa privilegia & literæ Ecclesiæ comburuntur ^{qqq}). Tandem in bona ætate moritur in castro Ecclesiæ Cuusto, anno D. 1489, in crastino b. Gregorii Papæ. Sepelitur autem in choro Beatorum ⁶¹ Petri & Pauli, sub lapide aliquo ⁶² elevato. ^r)

VICECIMUS.

D. MAGNUS Nicolai de Särkilax ^(*), hujus nomi-

⁵⁹ N. *etiam*, vitiole. ⁶⁰ N. *denovo*, A. omittit. ⁶¹ A. *inlerit die, male*. ⁶² A. *aliquo* N. *aliquali*. (*) Villa Paroeciæ Töfsala.



minis tertius, ex generosis parentibus Parœciæ Tôff-
 fal natus ⁶³), & Magister Parisiensis. Hic fuit vir
 magnæ severitatis & constantiæ, atque morum gra-
 vitate præclarus. Eligitur concorditer in Episco-
 pum Aboënsē, videlicet per viam scrutinii, ⁶³ ex
 Præpositura ibidem, anno D:ni 1489, 16. Cal. Aprilis,
 & anno sequenti, (die) Joannis Baptistæ, Upsaliæ con-
 secratur. Hic apud magnates Regni magnæ existima-
 tionis extitit ⁶⁴. Circa regimen ⁶⁵ Ecclesiæ suæ
 diligens fuit, & pro reformatione Cleri multum labo-
 ravit; multa quoque adversa, pro libertate Cleri atque
 Ecclesiæ tuenda, sustinuit ⁶⁶). Erga pauperes mise-
 ricordiam exercuit, eļēmosynam ipsis propriis ma-
 nibus frequenter largiendo. Ejus tempore Rutheni
 Careliam totam, superiorem Tavastiam, atque par-
 tem Nylandiæ usque ad ⁶⁷ Pyttis, ⁶⁷ inclusive, ⁶⁸ to-
 taliter exusserunt. Idque factum anno D:ni 1496,
⁶⁹ prima hyeme; cum autumno superiori profligati
 fuissent ab oppugnatione civitatis Wiburgensis, die
 S. Andreæ Apostoli, consilio & opera ⁷⁰ Canuti Po-
 sa, ⁷¹ qui obsidionem Wiburgiæ ⁷² pertulit a feriis
 divi Matthæi Evangelistæ ad ferias Andreæ ⁷²).

D 2

Hic

63 A. ex (recentiore manu supra scriptum est in)
 via scrutinii. 64 A. existit. 65 A. regionem, a prima
 manu; male. 66 in M. & N. 67 N. Pictis, vidiose. 68
 A. inclusione, a prima manu. 69 A. supra scriptum ha-
 bet 1486. 70 A. opere. 71 M. Påse utrobique. 72 A.
 a prima manu in obsidione Wiburgiæ.

Hic statim post consecrationem suam, duas praelaturas, videlicet Diaconatum & Archidiaconatum, ⁷³ in Ecclesia Aboënsi reparavit &, adauxit. * Hic mensam communem inchoavit, & ceteras ⁷⁴ Canonias instauravit. Canonicos etiam ⁷⁵ ad personaliter residendum ⁷⁶ induxit s^o). Memoriam Corporis Christi & beatæ Mariæ virginis in medio pavimento ⁷⁷ decantari voluit. Hic sacellum Omnium Sanctorum bonis prædialibus magnifice dotavit, & ornamentis ac dotalibus preciosis decoravit, quod in tempore Præposituræ suæ impensis Ecclesiæ fecit erigi. Lapidem etiam æneum ad chorum Corporis Christi, de Flandria afferri curavit, & supra sepulchra duorum Episcoporum, videlicet *Magni & Olavi*, collocavit sss). Sedit autem annis decem, minus sex diebus, & moritur Aho in domo Episcopali, ipso die b. Gregorii Pape, anno D:ni 1500, tempore Jubilæi, & sepultus est in sacello Omnium Sanctorum, ante altare S. Salvatoris. Eodem anno, die Annunciationis Mariæ, moritur famosus Vasallus Canutus Posa, rebus bellicis strenuus, in consiliis sagacissimus, & ejusdem D. *Magni* amicus sincerissimus; quare & ⁷⁸ in morte non sunt separati ttt).

VICE-

73 A. *Diaconum & Archidiaconum* a prima manu. * M. *adjuvit*. 74 A. *alteras*, a prima manu. 75 A. *omittit*. 76 A. *resedendum*. 77 N. *pavimenti*. 78 A. *ut*.

VICESIMUS PRIMUS.

D LAURENTIUS *Michaëlis Suurpâ*,⁷⁹ natus in civitate Aboënsi, de honestis parentibus. Magister Parrisiensis, concorditer in Episcopum, via scrutini, ex Præpositura eligitur, anno D:ni 1500, 21 Martii, & anno sequenti Upsaliæ consecratur, die Assumptionis divæ Virginis. Hic homo mitis & mansuetus fuit, qui in Episcopatu suo laudabiliter vixit. Hujus tempore, videlicet anno D:ni 1502, die visitationis Mariæ, obsedit exercitus D:ni Stenonis Sture Castrum Aboënsē, & infra festum Nativitatis Mariæ illud obtinuit de manibus Magni Frille, qui tunc Præfectum Castri⁸⁰ egit; non negligentia sui, sed quorundam Almannorum, qui volebant diu obsessi esse, propter quandam notabilem summam pecuniæ, quæ tunc in eodem Castro sub deposito erat *uuu*). Hujus tempore exclusus fuit de regno Svethiæ Rex Johannes, Danus, & in brevi amisit omnia castra & fortalitia, quæ in regno occupaverat, idque maxime propter Danicam suam perfidiam & multiplicem injuriam, qua Svecos circumvenire & afficere studuit. Sedit hic D. Laurentius quasi annis septem^v), & infirmari coepit in passagio *Syndskâr*,⁸² quando visitaturus erat in Olandia,⁸³ & subito tactus est Apoplexia. Supervi-

D 3

xit

79 A. *Sump* vel *Suurp*. 80 A. omittit. 81 A. *portalia*. 82 A. *Synsffer*; (hodie *Jungfruskâr*, inter parociam Korpo & Alandiam?). 83 M. *Alandia*. 84 N. *circa*.

xit autem diebus quadraginta tribus, & simili eodemque die quo correptus est morbo, videlicet die Lunæ, in profesto S. Michaëlis, hora quasi undecima obiit, & sepultus est in facello Omnium Sanctorum, ante⁸⁴ summum altare, ad latus D. Magni, in Ecclesia Aboëni *uvv*).

VICESIMUS SECUNDUS.

D. JOHANNES *Olavi*, natus in parœcia Pargas, Magister Parrisiensis, & Archi-Presbyter Ecclesiæ Aboënsis. Hic eligitur via scrutinii in Episcopum Aboënses, anno D:ni 1506, in profesto b. Francisci, post mortem D. *Laurentii x**): & acceptavit castrum Cuusto die Birgittæ proxime sequenti: prius tamen numeratis⁸⁵, licet invite, familiaribus in castro existentibus, 200 marcis⁸⁶ Svecicæ monetæ, priusquam castrum de manibus eorum extrahere poterat; quod vix unquam prius attentatum fuerat *xxx*). Consecratur Upsaliæ anno salutis 1507, die Conceptionis Mariæ, & statim ad sedem suam rediit; in die vero Natalis Domini missam suam Episcopalem celebravit, & quasi totam diocesin suam in anno cum dimidio visitavit. Sedit autem quasi annis tribus, & moritur in Cuusto (rediens ex visitatione Careliensi)⁸⁵ die Primi & Fœliciani martyrum, satis improvise. Dicitur enim bolo suo

84 N. circa. 84 A. numeratur; l. forte numeravit?
85 A. marcas. 86 A. Cardiensis.

suo proprio quasi suffocatus interiisse, anno D. 1510: & sepelitur in sacello Omnium Sanctorum, ad latus antecessoris sui.

Hujus tempore, videlicet anno D:ni 1509, die 2 Augusti, qui tunc fuit dies jovis, & sequente die veneris, circiter ⁸⁷ horam 12 noctis, hominibus velut in profundiori ⁸⁸ somno existentibus & nihil mali suspicantibus, subito & ⁸⁹ improvise exercitus Regis Danorum Johannis latenter civitatem intraverant, & fuscitato horribili clamore, cum terribili sonitu tympanorum atque clangore tubarum, civitatem hostiliter diripiunt, homines hinc inde miserabiliter & crudeliter trucidando & laniando, civibus potioribus interfectis. Tunc temporis etiam spoliabant Ecclesiam Cathedralem preciosa mitra Episcopali, & baculo, pastorali, atque aliis preciosis rebus, & clenodiis quam plurimis, nec non libris melioribus *yyy*, cupro, stanno, ferro & aliis rebus mobilibus quibuscunque; auferendo etiam omnem substantiam civitatis, & ducendo secum cives complures captivos usque ad Hassniam. Dux ejus exercitus & capitaneus principalis fuit quidam prædo ⁹⁰ Otto Ruuth, filius iniquitatis, qui mansit Abo usque ad feriam tertiam proxime sequentem, spoliando omnia bona civitatis, & deportando ad naves, una cum pretiosis ornamentis

87 A. circa. 88 A. profundo. 89. A. ex. 90 M. & N. pratenfus.

1510 . M . 3 . M . 10



tis Ecclesiæ, de quibus frustra longior instituitur querela. Sed hanc rapinam, cædem interfectorum, & crudelitatem Danicam, Finnonibus injuste illatam, ulciscatur Deus omnipotens, qui justus iudex est totius mundi, & requirens sanguinem suorum ab omni animante zzz).

Hactenus Veterum monumenta secuti hæc collegimus; nunc adjicienda sunt & alia a).

VICESIMUS TERTIUS.

D. ARVIDUS Rurck, natus ex nobili familia Satacundia, Laucko a*), prius Decanus Ecclesiæ Aboensis; eligitur in Episcopum anno D:ni 1510. Hujus vicam, velut mihi minus cognitam, prætereo; addens tantum ea, quæ in Episcopatu ejus acciderunt.

Anno 1513 obiit Magister Henricus Wenne, Præpositus Aboënsis: illi successerat Magister Paulus Rådfl²¹, qui obiit Anno 1516. Anno vero 1520, Dominica infra octavas Omnium Sanctorum, coronatur malis avibus Rex Christiernus Danus, tyrannus & sanguifuga, & sequenti feria 5:ta, hoc est, d. 8 Novembris, decollantur Episcopi Matthias Stregnensis & Vincentius Scarenis, cum tota fere Militia regni Sveciæ, ac potioribus civitatis Holmensis, exhumaturque sepultus in Conventu Prædicatorum Steno Svantesonius, (qui obierat die beati Sigfridi vere præcedente), &

& una cum præscriptis decollatis, Sabbatho sequenti, hoc est, 10 Novembris, in campo australi incineratur. Item 4 calend. Decembris, decollatur D. Oke Georgii in castro Tavasthus⁹². Dominica 3 Adventus decollatur Nicolaus Elchilli⁹³, & Doctor Hemmingh Gadd, ante Castrum Rasborgh, per Rooleff Matzonum⁹⁴. Anno 1521⁹⁵ spoliatur civitas Aboensis per Severinum⁹⁶ Norby, 10 calend. Junii⁹⁷: Quo audito, Episcopus *Arvidus* dicitur in Norbotniam esse profectus, ut hostem fugeret: & in parœcia Nerpis naviculam conscendens, ut in Sveciam trajiceret, vehementia tempestatum submersus est, una cum Decano Magistro Conrado, & aliis suis cognatis ac familiaribus b). Post ejus obitum vacavit sedes Episcopalis annis fere sex. Interim tamen erant in Finlandiam deputati *Johannes Vestgotus* c), præfectus reddituum Episcopaliū, & post eum M. *Ericus*, quem vocabant Electum d); illi adjunctus erat quidam *Vincentius* nomine, qui homines exemplo aliorum Episcoporum Chrismate confirmaret e).

Hic non est silentio prætereundum istud singulare & ingens Dei beneficium, quod Deus, misertus generis humani, dedit mundo repurgatorem doctrinæ Evangelicæ, virum insignem, Doctorem *Martinum Lu-*

E

the-

92 M. & N. *Tavastie*. 93 A. *Estelsson*. 94 A. *Matthson*. 95 A. a secunda manu 1522. 96 N. *Söfverinum*. 97 A. *Julii*.

therum, qui in eo labore non tantum prosperos, sed & mirabiles habuit successus, divina sussultus ²⁸ ope. Cœpit autem Lutherus scribere & docere contra indulgentias pontificias, & alios eorum in doctrina Evangelii errores, anno D:ni 1517 ²⁹, & supervixit in hac sancta vocatione usque ad annum 1546, quo in Domino obdormivit, relictis post se multis Tomis & libris, in quibus doctrina Prophetica & Apostolica repurgata a cœno papistico vehementer illustratur. Venit autem ex illo Wittembergensium cœtu primus in Finlandiam M. *Petrus Särkilax*, qui in Scholis & Ecclesia Aboënsi de hac doctrinæ Evangelicæ repurgatione ex idolomania papistica fideliter docuit, & constanter admonuit, anno D:ni 1522.

Illustrissimus Dominus & serenissimus Rex Gostavus Danorum Regem Tyrannum Christiernum toto suo cum exercitu potenter e regno profligavit; cuius coronatio deinde facta est, anno 1528.

VICESIMUS QUARTUS.

Reverendus Pater D. MARTINUS *Skytte*. Ille in Episcopum eligitur Aboënsē anno D:ni 1528, in feriis Trium Regum, dum illustrissimus Princeps & Dominus Gostavus Erici in Regem coronatur Sveciæ. Hic *Martinus* ex nobili & honesta familia originem traxit suam. Fuit enim ejus pater Legifer Tavaastensis,

sis f), qui curaverat filium suum primum institui in Schola Raumenſi & Aboenſi g), unde ſe in Sveciam contulerat, & quorundam blanditiis illaqueatus, adjunxerat ſe ordini Sictunenſium, qui, conſiderantes ejus bonam indolem, miſerunt eum in Germaniam, ubi poſtquam aliquot annis operam dederat bonis literis & doctrinæ religionis, ac perluftrata Italia & magna parte Germaniæ, rediit tandem ad prædictum cœnobium, & poſt annos aliquot factus eſt omnium conſenſu & approbatione Vicarius ejusdem cœnobii & totius ordinis Prædicatorum, cui ordini longo tempore laudabiliter præfuit. Inde vocatus eſt in Epiſcopum Finlandenſem. Erat ipſe D. *Martinus* vir ſumma pietate, ſobrietate, modeſtia, vitæ integritate ¹⁰⁰ conſpicuus. Deinde ſicut ipſe erat amans Chriſtianæ Religionis, & propagator veri cultus Dei, ſic erga omnes liberalitate fuit maxima; ſingulis enim diebus veneris, in qualibet hebdomada, (quoties domi erat) in eleemoſyna pauperibus quinque aut ſex marcas pecuniarum diſtribuere conſuevit, præter cibum, quo etiam ejus mandato pauperes ac mendici ſæpiſſime alebantur, adeo ut de eo vere dici poſſet: Orationes & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam coram Deo. Sic ille in omni genere virtutum, aliis velut ſplendidum jubar præluxit; donec curriculum vitæ ſuæ abſolveret. Habuit præterea ille adhuc apud Col-

E 2

le-

100 A. gravitate.

legium suorum Canonicorum illam jurisdictionem, ut conferret studiorum subsidia adolescentibus idoneis ad humaniores artes perdiscendas: & ad doctrinam religionis cognoscendam. Quare & in hac re memor sui officii, diligenter procuravit, ut Ecclesia non tantum suo tempore, verum etiam ut sequens posteritas idoneos & fideles haberent ministros in instituenda pube Scholastica, & reliquo cœtu Ecclesiæ h). Missi ergo erant ad studia in exterarum nationes (eo procurante) Canutus Johannis ¹⁰¹, Thomas Francisci ¹⁰², Simon Henrici Viburgii ¹⁰³, Michael Agricola, Martinus Teittus, Paulus Junsten, Ericus Herkepæus, Jacobus Teittus; qui omnes facti sunt utiles ministri in Ecclesia Domini, unusquisque juxta donum & talentum sibi a Deo concessum i). Porro sicut aliorum Episcoporum temporibus status & dignitas Clericalis accrevit & floruit; ita a tempore Episcopatus D. Martini cœpit immutari, decrescere & decidere, donec tandem prorsus in aliam propemodum formam transformatus est l). Retinuit quidem Episcopus redditus consuetos, sicut & alii Prælati & Canonici; sed imposito censu in frumento, pecunia, piscibus salis & siccis, quæ omnia quotannis regio fisco pendere consuevit: ad eundem modum & reliquis ordinibus Cleri multa fuit imposita, quam singulis annis Holmiam versus defer-

101 A. a secunda manu additum habet: *Esraomine* (in Eura Amine) *natus*. 102 A. a secunda manu additum: *Raume natus*. 103 A. *Wiburgensis*.

re debuerunt; donec tandem decedentibus per mortem Canonicis & Præbendatis ¹⁰¹ D). Nullus enim illis succedebat, sed omnes coloni & redditus Regiæ cedebant Camerae ¹⁰⁵. Sic defuit Archidiaconatus, M. Petro Sillæ in Domino obdormiente, anno 42, Junii 20; Domino Andrea; Canonico Beati Johannis, Domino Jacobo Blomen, relicto Canonicatu Petri & Pauli, D. Henrico Graculo, Canonico Clericorum, Præbendatis Trium Regum, Georgii, Annæ ¹⁰⁶, cui omnium postremus præfuit D. Arvidus Nicolai, qui e vivis decessit anno D. 1544 m). M. Johannes Præpositus, vir magnæ reputationis, constantiæ, & prudentiæ, reliquit Præposituram, in Domino moriens ¹⁰⁷ anno 47, Junii 3. n) Paulo ante obierant in Domino Magister Simon Henrici Viburgius, vir in bonis artibus apprimè doctus, & in Theologiæ studio feliciter exercitatus, anno D. ni 1545. Similiter & M. Martinus Teittus, agens Pædagogum juniorum Principum Holmiæ. Item anno 46 mortuus est in Domino M. Thomas Francisci, *Pastor in Kyro* ¹⁰⁸ p). Eodem anno obierat Reverendus Pater Doctor Martinus Lutherus in Germania, Islebiæ, Feb. 18; unde Wittembergam transfertur ¹⁰⁹ Feb. 22, & sepelitur ¹¹⁰ in templo arcis. Hujus Episcopi Martini temporibus cor-

E 3

ruit

¹⁰⁴ M. addit: *plane defecerunt.* ¹⁰⁵ A. & N. *Corona.* ¹⁰⁶ A. *Amices.* ¹⁰⁷ A. *dormiens.* ¹⁰⁸ Hæc tria verba absunt ab M. & N. ¹⁰⁹ A. *translatus.* ¹¹⁰ A. *sepultus est.*

ruit Papatus in tota Finlandia, abolitæ sunt missæ privatae & angulares, desiit aqua lustralis, cinerum & palmarum consecratio, cantus ecclesiasticus immutatus & correctus est. Svecicam missam in Ecclesia ¹¹¹ Aboënsi primus celebravit D. Laurentius Canuti, Sacristanus, natus in Sarflax ¹¹²; coacti sunt deinde eam ordine celebrare omnes, intercedente regio mandato, anno (si recte nemini ¹¹³) 38. Oleum vero & chrisma papisticum finem accepit circiter annum D. 1540 p). Cœnobium ordinis Prædicatorum Aboënsis conflagravit totum die inventionis crucis anni 37; quod nunquam inde reparatum est, Monachis huc illic per Presbyteria dispersis q).

Anno D:ni 1546 ¹¹⁴ conflagravit civitas Aboënsis fere tota, casuali incendio, una cum tecto templi Cathedralis & Curia Episcopali, relicta tantummodo septentrionali parte civitatis, quam amnis dividit. Id factum est Martii 22, circiter ¹¹⁵ Dominicam reminiscere. Hanc tantam mutationem multarum rerum in Clero vidit Episcopus *Martinus*, jam senio confectus, quæ tamen in juventute sua in toto Christianismo sciuit reverenter longo tempore observata fuisse r). Anno D:ni 1548, obierunt strenui viri, Equites aurati ¹¹⁶, D. Ivarus & D. Ericus Flemming, Decemb. 14, qui ¹¹⁷ post-

¹¹¹ A templo ¹¹² Villa Parocciæ Perno in Nylandia. Sed Codex A. habet *Sawflax*, h e Savolaxia. ¹¹³ A. (*ni fallor*). ¹¹⁴ A. 1549. ¹¹⁵ A. *in mense Martii post*. ¹¹⁶ A. addit: *Et fratres*. ¹¹⁷ A. omittit.

postea sepeliuntur ¹¹⁸ in templo Pargas, Dec. 19. Survixit autem Reverendus in Christo Pater D. *Martinus* usque ad finem anni 1550 s). Tunc senio & curis confectus, (prius tamen rebus suis omnibus per testamentum dispositis), in Domino obdormivit, Dec. 30, inter 9 & 10 horam noctis, & sepultus est in choro Corporis Christi, sub æneo lapide, ad latus australe. Post ejus mortem vacavit sedes Episcopalis ¹¹⁹ annis tribus cum dimidio.

Nicolaus Grabbe, qui in patriæ defensione & Danorum expulsionem virum fortem & strenuum se exhibuerat, obiit anno - - -. Hoc ipso tempore discessit e vivis Biörn Classon ¹²⁰ f).

VICESIMUS QUINTUS.

Magister MICHAEL AGRICOLA, natus in parœcia Perno Nylandiæ inferioris, in villagio Torsby. Is prima fundamenta rei literariæ jecerat in Schola Wiburgensi, Rectore D. Johanne Erasmi, viro diligenti & fideli in instituendo cœtu Scholastico: inde advenientem ad Abo, Reverendus Pater D. *Martinus* Episcopus adjunxit eum sibi in scribam; ac post D. Johannem Erasmi, beatæ memoriæ, factus est ejus Cancellarius. Et quia simul imbiberat vera seminaria do-

¹¹⁸ A. *sepeliti*, (i. *sepulti*). ¹¹⁹ Omittunt A. & N.
¹²⁰ Hoc additamentum omittit A.; spatio tamen vacuo majori relicto.

doctrinæ Apostolicæ, docente & prædicante M. Petro Särkilax, assumptus est ad sacros ordines, exercens se sedulo in concionibus habendis, tam in Ecclesia Aboënsi, quam in visitatione Episcopi, adeo quod¹²¹ multis spem dederit, illum fore utile & necessarium organum in instituenda Ecclesia. Peractis igitur aliquot annis, uberioris doctrinæ consequendæ gratia, missus est Wittembergam, ubi haud poenitentiam in bonis literis navavit operam. Inde titulo Magisterii accepto rediens u), factus est Rector Scholæ Aboënsis; cui præfuit annos circiter 10, non tantum Scholasticæ publi sua eruditione & diligentia vehementer consulens, verum etiam reliquæ Ecclesiæ, horis intermediis, utiliter inserviens. Edidit enim in suo Rectoratu Precationale Finnonicum, quod in omnium Finnonum manibus quotidie teritur. Transtulit etiam Novum Testamentum Finnonice, quod Ecclesiæ Finlandensi magno est in usu¹²² w). Ab officio Rectoratus Scholæ cum se anno 48, Feb. 22, (licet invite) resignasset, (intercessit enim auctoritas & mandatum regium, ut sic fieret), fuit postea, sicut & antea, D. Episcopo a consiliis, qui ejus opera usus est, etiam in visitatione Ecclesiarum; & cum Episcopus ipse imbecilliori esset valetudine, propter aggravescentem senectutem, commissum est aliquoties, (vivente adhuc Episcopo), visitationis officium ipsi Agricolæ, una cum

M. Ca-

121 N. ut. 122 M, est usui,

M. Canuto Johannis, Pastore Aboënsi. Hoc tempore procuravit ille ut Psalterium imprimeretur Finnonice, quod tamen integre Finnonice fuit translatum in Schola Aboënsi, Rectore Paulo Juusten, qui mandaverat, ut Scholastici pro exercendo stilo, interdum verterent Psalmos, prout Doctor Lutherus, beatissimæ memoriæ, ¹²³ eos transtulerat. Illorum Finnonicam versionem audivit ¹²⁴ & correxit ipse illis horis, quibus scripta Scholasticorum ¹²⁵ exhiberi ¹²⁶ solent & examinari, sæpe etiam peracto prandio in hypocaufto suo. Sed nihil refert, cujus nomine sit editum, ideo enim translatum est ¹²⁷, ut in populo Finlandico magno esset usui ¹²⁸ w*).

Hactenus audivistis, in qua conditione fuerit, & quid fecerit Agricola; nunc considerate, quomodo ad Episcopatum pervenerit ¹²⁹. Anno D. 1554, illi qui adhuc reliqui erant de veteri forma Capituli, Decanus scilicet D. Petrus Ragvaldi, M. *Michaël Agricola* Canonicus B. Laurentii, Magister Canutus Pastor Aboënsis, & M. Paulus Juusten, Rector Scholæ Aboënsis ¹³⁰, qui tunc præfuit præbendæ Clericorum, mandato serenissimi & clementissimi D. Regis Gosta-

F vi,

123. A. recordationis. 124 N. adjuvit. 125 A. Scholasticorum scriptiones. 126 M. excipi. 127 A. translati sunt Psalmi. 128 A. magnæ essent utilitati. 129 A. habet: sequitur quomodo M. Michael ad Episcopatum pervenit, scriptum a Paulo Juusten. 130 A. & rector scholæ Paulus Juusten.

vi, contulerunt se Holmiam initio mensis Maji, & negotiis omnibus aliis discussis, excepit eos sua Majestas loco quodam in planitie extra arcem Grypsholm, dicens: Non jam opus esse, ut Prælati Ecclesiarum Svecicarum invifant limina Curiaë Romanæ pro confirmatione Episcopali, cum illa jurisdictio jam sit domi in Svecia apud suam Majestatem. Complacuit igitur serenissimo D. Regi, ut Dicecesis Finlandica in duos Episcopatus dirimeretur, in Aboënsem scilicet & Wiburgensem, sicut etiam cum aliis dicecesibus Regni Sveciæ eodem tempore factum fuit. Sed M. Michaeli ¹³¹ hæc disjunctio non magnopere placuit, cui tunc dicecesis Aboënsis committebatur. Ad alteram dicecesin spectabat tractus Wiburgensis, Novæ Arcis in Savolax, parœciæ Borgensis, & superior pars Tavastia, quam vocant Öffverhåredt. Præstito igitur juramento Episcopali, & literis comprehenso, admonuit D. Rex, ut memores nostri officii, nec more quorundam veterum Episcoporum, veluti D. Gostavi Trullen ¹³² Archiepiscopi, & aliorum, velimus esse publicæ pacis ac tranquillitatis feditiosi interturbatores, sed potius ut obedientiam, fidelitatem & reverentiam legitimo magistratui exhibeamus; alios quoque ad hæc officia fideliter præstanda sedulo admoneamus: & in omnibus gloriam Dei quærentes, multorum saluti invigilemus. Manuum vero impositionem & confir-

¹³¹ A. sed Agricola. ¹³² M. & N. Trullo.

firmationem accepimus ab Episcopo Botvido Streng-
 nensi, (erat enim D. Archiepiscopus quodammodo
 in regia indignatione). Ad Abo vero rediimus (Deo
 duce) vigilia S. Henrici. Ea æstate visitavit ille ¹³³
 Ecclesias maritimas, & die natalis D. Virginis, Missam
 Episcopalem, ut vocant, mitra ornatus celebravit ¹³³);
 quod cum rescivisset Regia Majestas, non admodum
 æquo ferebat animo, propter papismum, qui huic rei
 adhæsit. Sequenti æstate visitavit Ecclesias Boreales
 in Norbotnia, non sine magno emolumento ¹³³). Illo
 anno, videlicet 55, ortum est bellum inter Ruthenos
 & Svecos, quare & Dominus Rex, cum junioribus
 Principibus, & Senatoribus regni, ac validissimo ex-
 ercitu, illo autumno Wiburgiam commigravit. (Di-
 cam ¹³⁴ vero postea breviter de hoc bello ¹³⁴). Anno
 D. 1556, statim post ferias Henrici, missus est M. Ca-
 nutus Pastor Ecclesiæ Aboënsis cum literis regiis, ad
 magnum Principem Muscovitarum, pro salvo condu-
 ctu, ut vocant, legatis impetrando; rediit vero ad
 Wiburgiam ex Muscovia die Bartholomæi. Eodem
 anno, peracto jam autumno, missi sunt legati Dn. Ste-
 no Erici Baro ¹³⁴), Dn. M. Laurentius Archiepiscopus,
 M. *Michael*, una cum aliis compluribus ¹³⁴) Wiburgi-
 am, circiter Dominicam 2 Adventus, ut legatione
 fungerentur apud Muscovitam, & componerent tur-
 bas bello excitatas. Contulerunt igitur se in Ruthe-

F 2

niam

niam statim exactis feriis trium Regum, anno 57. Redeuntibus autem illis ex Ruthenia, pace confirmata, correptus est Magister *Michaël* morbo in itinere, neque enim antea satis firma fuit valetudine: subitanea igitur morte in itinere in pago Kyroniemi, parochiæ *Myrckio*, in Domino obdormivit, qui tandem *Wiburgiae* ¹³⁵ sepultus est, die lunæ post Dominicam Palmarum, præfente D. Archiepiscopo, & multis aliis.

VICESIMUS SEXTUS.

M. PETRUS FOLLINGIUS, Svecus, quondam Rector Scholæ Lincopensis, & Canonicus, vir jam provecæ ætatis. Studuerat ille olim *Haffniæ* in *Dania*, ubi etiam Depositor fuerat *Beanorum* 3): erat is in arte Musica exercitatus, & alioqui solide doctus. Hic eligitur in Episcopum *Aboënsē* anno D. 1558, & mense Majo venit ad *Abo*; qui paulo post redierat in *Sveciam*, pro adferenda familia & suo suppellectili. Assumptus est autem ad hanc dignitatem consilio Doctoris *Andree Jurisperiti*, *Johannis Thomæ Quæstoris*, & aliorum, quibus lingua *Fennonica* invisa erat aa). Mansit vero in Episcopatu homo ille, ingenio vafro & subdolo, usque ad annum D. 1563; tunc submōtus est ab officio mense Majo, propter suspiciones, quas de eo conceperat Rex *Ericus*. Mul-
tæ

135 M. & N. in *Wiburgia*.

tæ erant quoque Sacerdotum querelæ de ejus avaritia & rapacitate, quæ bonis rationibus demonstrari possunt (b). Sed quia Christus Dominus noster mandavit, ut alter alterius lavemus pedes; ideo isti nævi in membris Ecclesiæ melius teguntur, quam deteguntur. Huic opus erat interprete, tam in privatis, quam in publicis Finnonum negotiis. Anno D:ni 1565 a Rege Erico in Episcopum Revaliæ erat constitutus. A Revalia rediens ad Abo pro suis rebus, ibique ¹³⁶ obiit ipso anno ¹³⁷.

Anno D:ni 1560, die Sanctorum Angelorum, obiit serenissimus & clementissimus D. Gostavus, Rex Svecorum, Gothorum, Vandalorum, pater regni Sveciæ. Cecidit corona capitis nostri; væ nobis, quia peccavimus!

Anno D:ni 1563 peractis Comitiis Holmiæ mense Junii, erant M. Paulus Jwsten in Episcopum Aboensem & M. Canutus Joannis in Episcopum Wiburgensem constituti ¹³⁸.

NO-

¹³⁶ *ibi?* ¹³⁷ Tota hæc sententia addita est e Codice A. ¹³⁸ Etiam hæc additio est e Cod. A.

NOTÆ EDITORIS.

(a) **A**nnum hunc expeditionis in Finlandiam a Rege *Erico* susceptæ, Noster cum *Fragmento Palmisköldiano* sæpius laudato, *Johanne Magno* (1), *Vastovio* (2), aliis, exhibet. Falsum vero esse, *Örnbjålm* (3) & *Lagerbring* (4) docuerunt; quorum ille anno demum 1157, hic inter 1155 & 1159 factam fuisse existimant. Pendet autem hujus definitio litis præcipue ab anno constituendo quo regnum capeffivit *S. Ericus*, (quem quidem 1155 vel 1156 fuisse, probabile videtur); non enim multo post in Fenniam trajecisse, harum scriptores rerum concorditer asserunt; quamvis dubium videri alicui queat, an quæ pro rebus Patriæ componendis ante bellum Fennicum egisse dicitur, celeriter adeo perfici potuerint, ut eodem adhuc anno suscipere illud valuerit. *Olaus Magnus*, in veteri traditione vitium inesse jam videns, expeditionem hanc

(1) *Gothor. Sveonumque Histor.* L. XIX, C. III.

(2) *Vitis Aquilon.* in vita S. Henrici, p. 65, Edit. *Benzelianæ*. Antiquissimum vero hunc fuisse errorem, ex *Annotationibus* cernere licet ex *Scriptis Karoli Episc. Arosiensis excerptis*, ubi dicitur: *MCL Beatus Ericus* (quem igitur jam tum Regem fuisse significatur,) *templum Cathedrale* (Upsalense) *perfectit*, & *Hinricus Episcopus* illud *B. V. Mariæ* - - - *Augusti, die Ascensionis consecravit*. Vid. *BENZELII Monum. Vet. Eccles. Sveog.* p. 20. Quo loco, si auctori aut monumento huic non creditur *Ericum* anno jam 1150 regnasse (a quo Rege templum Cathedrale Upsalense perfectum fuisse, concedunt), nescio quomodo fides haberi eidem possit, (quæ haberi tamen solet), narranti consecrationem Templi illo anno a S. Henrico esse factam: adeo ut hoc quidem solo argumento evinci satis non possit S. Henricum anno jam 1150 Upsalæ fuisse. Cfr. *LAGERBRING Svea Rikes Hist.* 2 Del, Cap. II, §. 9.

(3) *Hist. Sveonum Gothorumque Ecclesiast.* L. IV, C. 4, p. 460 sqq. Cfr. C. 3, p. 452-460.

(4) L. c. 7 Cap. §. 1-4. Cfr. 5 Cap. §. 7 & 12.

hanc S. Erici in annum 1155 incidisse dicit (5). *Messe-
nius*, qui in *Chronico Episcoporum per Sveciam, Gothiam
& Finlandiam* (6), Nostri secutus fuerat auctoritatem, in
Scandia illustrata (7) confert in annum 1154. *Peringsköld*
(8) annum adoptat 1156; asseclas habens *Dalinum* (9) &
Rhyzelium (10). Cui igitur horum assentiamur? Haud sa-
ne liquet; nisi quod pro anno designando vel 1156 vel
1157, rationes tamen adesse admodum probabiles, ex di-
ctis facile colligendæ, videntur.

(b) De *caussis bujus expeditionis* disputare solent; de
*loco ad quem exercitus appulerit Svecorum; quousque sese
arma eorum extenderint, quasque partes Finlandiæ occupa-
verint; qualis denique status & conditio Fennorum fuerit,*
quam a Svecis invaderentur & subjugarentur? Quæ sin-
gulæ quæstiones materiam singulis suppeditare possunt
Dissertationibus; sed multa simul caligine, ex defectu
monumentorum & subsidiorum necessariorum, circum-
fusæ sunt. Nos paucis tantum hoc loco illas tangemus;
alias forte diligentius easdem consideraturi.

Religionis igitur Christianæ propagandæ zelum, ut
mos illorum tulit temporum, ad Fennos bello aggredien-
dos Regem Ericum præcipue impulisse, dubio caret (11);
omniumque consensu scriptorum & veterum & recen-
tio-

(5) *Histor. de Gentibus Septentr.* L. IV, C. XVIII.

(6) C. XII, p. 105.

(7) T. II, p. 3; T. X, p. 4; T. XV, p. 26. Tomo autem XII,
p. 97, annum habet 1153; nisi vitium hic in numerum irrepsit typo-
graphicum?

(8) *Monum. Ullerakerens.* p. 127.

(9) *Swea Rikes Hist.* II Del, 4 C. 3 §. p. 104.

(10) *Episcoposc. Sviog.* I B. 2 C. 4 §. p. 27.

(11) Cfr. inprimis Nob. LAGERBRING l. c. §. 3.



tiorum traditur: neque a vero abludit, quod post *Johannem Magnum* narrant *Örnbjälm, von Dalin, Rhyzelius* (12) & *Scarin* (13), Episcopo inprimis *Henrico* suo Regem ad hanc expeditionem adjecisse animum; licet veteres quidem nihil aliud auctores dicant, nisi comitem belli sese Regi adjunxisse.

Deinde crebris atrociniis Fennos Svecicam infestasse oram, graviaque damna frequenter intulisse, ac tali sævitia Svecorum in se arma concitasse, laudati iidem addunt auctores (14). Nob. tamen *Lagerbring* recentiorum hanc, non improbabilem licet opinionem, vetustissimorum destitui testimonio monumentorum contendit, quæ præter studium convertendæ ad sacra Christianorum gentis paganæ, causam aliam ignorent: quamquam ipse fontem indicat unde ea fluxerit opinio, non illum nuper enatum (15). Difficile fuerit hodie definire, quo tempore Fenni nostri quaque causâ excitati, rebus maritimis

(12) L. l. c. c.

(13) Dissert. de *Sancto Henrico Fennorum Apostolo*, P. Pr. (quam Præf. SCARIN hic Aboæ edidit a. 1737 *Matth. Fontenius*) §. XI & XII.

(14) Quibus addendus SCHEFFERUS, in Notis ad *Israëlem Erlandi de vita & mirac. S. Eriç*, p. 64 sqq.

(15) L. c. §. 3. In vita præterea *S. Eriç* a VASTOVIO edita, (quam ex *Breviario Upsalensi* se descripsisse ait, sed in antiquo etiam Codice Manuscripto *Cænobii Rubræ Vallis* in Belgio, unde vitam *S. Henrici* habuit, exstitisse addit), dicitur: *Postrema in Finnones, non regni magis quam fidei Christianæ pertinacissimos hostes, qui continuis incursionibus damna Sveoniæ incolis inferebant, expeditionem suscepit. Et in vita S. Henrici ab eodem edita: Quam vero gens Finlandiæ tunc a vero Deo aliena, incolis Sveciæ gravia damna frequenter inferret &c.* (Ed. Benz. p. 66 & 62). Quem posteriorem locum, e veteri Manuscripto accuratius descriptum, ita exhibet BENZELIUS: *Cum vero plebs Finlandiæ, tunc cæca & crudelis gentilitas, habitantibus in Sveciæ gravia damna frequenter inferret &c.* (*Monum. Vet. Eccles. Sveog.* p. 34). Quorum testimoniorum quantum sit pondus, alii judicent.



mis operam dare cœperint, & piraticam exercere: verisimile tamen videtur, exemplo vicinorum suorum, maximeque congenerum sibi Estonum, famosorum olim piratarum (16), Sinus Fennici accolæ australiorisque Finlandiæ insularum habitatores, quos piscandi studium æquiori arando advesfecerat, ferum hunc morem primos didicisse, & ad populares suos propagasse (17). Nec im-

G

pro-

(16). Vid. ex. g. GRUBERI *Origin. Livon.* p. 22, 24, 28, 76 &c. Navium, quibus utebantur, magnitudo vel inde existimari potest, quod in una 60 viros fuisse occisos, ibidem dicitur. Cfr. etjam SAXO *Grammat.* Lib. XIV, p. 329. Ed. *Stephanii*, & LAGERBRING l. c. C. 9. §. 5; c. 12, §. 21. Non est autem improbabile, florentem Gotlandensium mercaturam, & navigationem ad portus Russicos frequentem, piraticæ huic studio excitando materiam imprimis causamque præbuisse. Cfr. KRANTZII *Wandal.* L. II, C. 29, p. 38.

(17). Nec abludita vero, inter piratas, qui seculo XII & XIII Svecica sæpe infestasse littora leguntur, *Fennos* etjam quosdam australiores fuisse; *Estones* enim quod omnes fuisse asserunt, præter veterum sit monumentorum auctoritatem. *Pagani* tantum vocantur, nationis ad quam pertinerent mentione non injecta, qui a. 1187 vel 1188 Archiepiscopum Upsaliensem *Johannem* occidisse, & civitatem Sigtunensem combussisse memorantur. Vid. *Chronicon* ab OL. CELSIO (Upf. a. 1705 8:0) edit. p. 2; *Chronica* apud BENZELIUM *Monum. Eccl. Sveog.* p. 15, 35, & 83; & *Diarium Visbyense* apud LUDWIG. *Reliqu. Mss. omnis ævi*, T. 9, p. 176. Ita ut non omnino frustra miretur SCHEFFERUS, (Not. ad *Chronicon Archiep. Upsal.* p. 13) unde hauserit *Iohannes Magnus*, quem deinde secuti sunt reliqui, quod scribit *Esthonas fuisse*. Castigat quidem hoc nomine *Schefferum* CELSIUS (l. c. p. 32), ad ea illum ablegans quæ alio loco habet ERICUS OLAI de *Estaklippa* (p. 116. Ed. in 4:0) & *Chron. Rhythmicum majus* de *Estaskidr* (p. 33); sed vereor ut hæc evincant, ab Estonibus solis istas expeditiones fuisse susceptas. *Chronicon* certe *Rhythmicum* (p. 32 & 33) *Carelii* & *Ruffi* diserte tribuit, dicens

Sverige hade myckin wade
 Af Carelom, of stoer onade,
 The foro bswer hafwet of in i Måla = = = =

probabile est, a piratis aliarum gentium, qui mare Balthicum diu ante infestaverant, laceratos, injuriarum etiam ulciscendarum studio ad eosdem imitandos fuisse impulsos. Quicquid sit, a barbari hujus moris culpa majores nostros plane immunes haud fuisse, vel reliquiarum carminum vetustorum docent, manifeste ad illum alludentes. Sic in tali quodam carmine fingitur, navem a Deo majorum nostrorum celebratissimo *Wainämöinen* affabre ædificatam, quam diutius ille super textrino otiosam reliquerat, his verbis sortem deplorasse suam:

<p>Muut purret, pahemmat purret, Jotk' aina sotia käyväät, Tuovat täytensä rahoja, Alaisensa aartehtia;</p>	<p>Aliæ naves, pejores naves, Quæ semper præliatum eunt, Redeunt plenæ pecuniis, Refertæ ventrem thesauris;</p>
--	--

Mi

Ut the brände opp Sigtuna = = =
 Joan Arkebiskop wart ther slagin = = =
 Theß gläddes Carela och Ryßaland.

Cui concinit ERICUS OLAI, verbotenus fere Chronici hujus narrationem exprimens (p. 116). Quo loco simul observamus, cladem piratarum, quæ monti nomen *Estaklippa* vel *Estaskiär* dedit, viginti fere annis post Sigtunam combustam contigisse videri; nam prior incursio bene illis successit, in posteriori ab uxore Ducis Johannis quem occiderant, internecone deleti sunt; annumque 1206, quem habet l. c. ERICUS OLAI, hanc spectare incursionem putamus, atque textum ejus ita esse constituendum; illam enim superiorem a. jam 1187 factam fuisse, antea significaverat (p. 101), ac vix temerè, sibi met ipsi aperte adeo contradixisse existimandus est. *Carelios* autem *Fennici* fuisse generis, extra dubium est, & cum *Ruffis*, imo etiam *Tavastis* conjunctos, Svecos infestasse, infra videbimus. *Estonum* præterea nomen, non uni modo illi genti quam hodie vocamus, sed pluribus littus maris Balthici orientales occupantibus, tributum olim fuisse, ipsa ejus significatio, *Orientalis* in genere denotans, suspicandi causam præbet.



)

(



Minä lahon lastuillani,
Wenyn weistämöisillani.

Ego putresco super assulis (*) meis,
Dissolvor super segmentis (*) meis.

Verisimile non est, vel hujus moris vel hujus carminis natales, ad tempora Christianæ religionis apud majores nostros propagationem subsecuta, referri debere. Ac vel copia vocabulorum indigenorum, quæ ad res varias nauticas significandas in lingua vernacula suppetit, haud neglectam a majoribus nostris fuisse, ostendit. Sic præter nomina navigiorum minorum varia, Ruuhi, Karwas I. Karpas, (Kaapis), Wenhe, habemus Lihti, Uus, Laiwa, Purfi, (Haapi), quæ diversa navium majorum genera indicant. Ut alia quædam ejusdem rei taceam indicia.

Tertiam belli causam, quam penitus ignorant veteres, recentissimi addunt auctores (18); vindicandi nempe imperii, quod jam olim in has provincias acquisiverit populus Svonicus, ex victoriis imprimis Regum *Ericorum, Emundi Filii & Victoriosi*, arcessendi: qua de re quæ nobis sententia sedeat, ex ultima hujus notæ elucebit parte.

Ad quam Finlandia oram classis appulerit Svecica, sollicite disquirat Auctor Dissertationis *de S. Henrico*, supra jam citatæ (19); variisque variorum adductis conjecturis (argumentis enim nituntur nullis, sed incertis rumoribus & plebeculæ suspicionibus), verisimillimum putat in vicinia urbis Aboënsis armatos Apostolos excensionem fecisse. Ac licet adductis ab eo sententiæ firmandæ ratio-

G 2

ni-

(*) Nempe quæ ex trabibus iis quibus navis ædificata erat, excisæ & abscissæ, navale tegebant.

(18) VON DALIN I, c. §. 3. Cfr. LAGERBRING I, c.

(19) P, I, §, XV — XXII.

nibus plerisque parum roboris inesse fateamur; tamen prorsus nihili putandum non videtur (ut commoditatem loci taceam, & quam ex Alandia navigantibus infularumque interjectarum ordine percursu exscensionem in continenti terra facere cupientibus, offert situs, opportunitatem), sedem novæ religionis præcipuam hic locorum non multo post constitutam reperiri, Templum Cathedrale non procul ab hoc littore fuisse exstructum, urbem totius regionis primam conditam, & arcem propter ostium annis munitam: quæ quamvis sensim evenisse haud nesciamus, demonstrare tamen non obscure primi appulsus, belli & victoriæ locum videntur; maxime si & morem temporum, & necessitatem, tuendæ sese causa contra incolarum assultus, stabilem protinus novæ coloniæ sedem eligendi ac firmandi, aliarum denique exempla hujusmodi expeditionum, cum olim (20) tum recentiore ætate (21) susceptarum, in memoriam revocamus.

Quam late arma sua Sveci prima hac expeditione circumtulervint, quamque magnam Finlandiæ partem mox subegerint, definiri quidem exacte nequit; vix tamen nisi maritimam *Finlandiæ* proprie sic dictæ (ac forte *Satacundiæ*?) oram, nec non *Nylandiæ* adiisse, probabile est; magisque austrum versus quam orientem & septentrionem, suam dilatasse ditionem videntur (22); cujus consilii

(20). Ut quæ antiquior suppeditat Historia prætereamus exempla, legi possunt quæ de vicinæ Livoniæ & Estoniæ expugnatione atque ad sacra Christiana conversione habet vetus Chronicon quod exhibet GRUBERUS l. c.

(21). Cfr. Historia coloniarum ab Europæis in utraque India conditarum atque communitarum,

(22) Rationes cur hoc credamus, præcipue ex coloniis Svecicis pe-

fili rationes facile ex ipso situ locorum reperire licet. In parocia quidem *Kiulo* occisum fuisse *S. Henricum*, adeoque ad borealem plagam iter tum suum, incolasque vel instituendi vel domandi studium, convertisse,
 G 3 ve-

timus, maritiman Nylandiæ oram totam, usque ad fluvium *Kymmene*, & paullo ultra, hodieque tenentibus; cum Finlandiæ contra proprie dictæ, inprimis borealis, atque Satacundiæ oris, vix ulli insidere Sveci reperiantur, (paucos enim in parocis *Sastmola* & *Ulfshy* reperiundos, ex vicina Ostrobotnia advenisse, palam est); quamvis non negemus, & ex Alandia, quæ diu antea ad Svecos pertinuisse videtur, hujus gentis homines ad propiores Fennici etiam archipelagi (*Ståren*) insulas fortassis transisse sensimque sedes suas protulisse? & permixtas postea varie gentis utriusque sedes fuisse, ita ut inprimis Fenni quædam nunc loca occupent, quæ ad Svecos aliquando pertinuisse, vel ex nominibus eorum Svecanis liquet; ut nec omnes, ex insulis quas Sveci occupabant, Fennos mox fuisse submotos, ex Fennicis multarum nominibus, mirum licet in modum plerumque depravatis, colligere licet. Quin insulæ etiam, continenti quidem propiores, boream versus ab Aboa sitæ, atque post *Töfvalenses* illas singulæ, Fennicos habent incolas; qui nullas fere australiores ineolere inveniuntur. Et climatis ipsius benignior indoles huic consilio causam dedisse videtur, & forte major quoque periculi & inquietationis ab his Estonum Careliorumque vicinis ac sociis metus, nisi a maris vicinia fuissent longius remoti. Sedes autem coloniæ quod præcipue hæc terræ pars delecta fuisset, inde etiam a Fennia distincta fuit & nomen *Nylandiæ* (*Terræ Novæ*) ei inprimis tributum. Minime tamen Nobilissimo STIERNHÖÖK assentiri possumus, (*de Jure Svecorum & Gothor. vetusto*, L. I. C. I, p. 19. sqq.), Regem eundem *Careliam* quoque adiisse & occupasse asserenti, *Wiburgique* (quod fere sesquiseculo recentius est) commoratum leges etiam huic urbi easdem privilegiaque quibus civitas Upsalensis fruebatur, concessisse: quem mirum errorem (secure mox & temere ab aliis repetitum, ex. gr. LOCCENIO, *Hist. Svec.* (ed. 2:3æ 1676 in 4:o curatæ) p. 77; v. DALIN l. c. §. 6. p. 108; Auctore *Diss. de S. Henrico* P. I, §. XVI, not. (x), p. 45 sq.) unde hauserit, conjicere nequeo; nec ubi *Divi Erici* illa privilegia *Wiburgo* data, quæ *Gustavo I* & *Carolo IX* pro authenticis agnita & confirmata ibidem affirmat, invenerit, rescire valui. Num aliquis, qui semisomnis HUITFELDIUM legerat (*Danmarkis Rigis Krønike*, I Part.

veteri fama (de qua infra) traditur; sed ultra *Björneburgensis* tamen hodiernæ urbis viciniam, primos hosce suos sociorumque conatus haud fuisse progressos, Historia etiam susceptæ centum fere annis serius *Birgeri* Ducis in Ostrobotniam Tavastiamque expeditionis indicat, ac quæ de fortuna & conditione incolarum, borealiores terræ partes habitantium infra adferentur, confirmabunt (23). Quin aliquam copiarum partem Rex *Ericus*,
ea-

p. 104), postquam mentionem *Erici* *Jadwardi* fecisset, narrantem, Regem Danicæ *Svenonem* (*Grathic*) *Viburgum* (*Juthia* urbem) a 1150 communiisse ac variis privilegiis ornasse, hæc ad *Wiburgum* *Carclia* urbem, regnantemque eodem circiter tempore in Svecia Regem *Ericum* sulte traxit, eoque turpi errori ortum dedit? Recte autem fabulam rejectit jam *WILDE* *Sweriges* *Lagars* grund &c. §. XXVI, p. 69.

(23) In *Tavastiam* usque penetrasse, si non Regem ipsum, reliquos tamen hic *Svecos*, ex *Literis* colligi posse videatur *Papæ Gregorii IX*, *Upsalensi* *Archiepiscopo* & *suffraganeis* ejus *missis*, dat. *Laterani* *V* *idus* *Decembris* *a:o* (*pontificatus*) *XI* (*h. e. A. C.* 1237), quæ habentur apud *VASTOVIVM* *Vit. Aquil.* Ed. *Colon.* p. 176. & *GRUBERUM* *l. c.* p. 261. Docent enim *transmissas* ad *Pontificem* *Antistitum* horum *litteras* *continuisse*, *illorum* *qui* *Tavasti* *dicuntur* *nationem* *olim* *multo* *labore* & *studio* *eorundem* *Antistitum* & *prædecessorum* *suorum* *ad* *fidem* *catholicam* *conversam* *existitisse*, quare etiam *barbari* *iisdem* *Apostata* *appellantur*. Sed *verba* *Pontificis* *non* *esse* *nimis* *premda*, *illamque* *Tavastorum* *conversionem* *aliquanto* *serius* *factam* *fuisse*, *cum* *alia* *quædam* *argumenta* *indican*, *tum* *quod* *ecclesia* *illa* *Tavastensis* *in* *iisdem* *litteris* *novella* *ecclesiæ* *Dei* *plantatio* *de* *Tavastia* *vocatur*, (*unde* *Fennicis* *cæteris* *recentiorem* *fuisse* *credas*), *confirmat*; *forte* *post* *constitutas* *demum* *curatius* *seculi* *XIII* *initio* *apud* *nos* *res* *ad* *religionis* *curam* *regimenque* *ecclesiæ* *pertinentes*, *fundata*.

Quod autem *Generos*. *Dn. DALIN* aliique (*Vid. Diss. de S. Henrico* *P. I*, §. XVII,) post *Dn. Er. Frosterum* (cujus illas *Obss. ad antiquit. Ostrobotnicas* pertinentes *ms.* ad manum habeo) narrat, *l. c.* §. 6, p. 108, *R. Ericum IX* *Ostrobotniam* quoque subegisse, *excensione* *prope* *Korsholmiam* *facta*, *id* *eo* *minus* *debuisset* *commemorari*, *quo*

dem adhuc æstate (ut ex Auctoris nostri narratione in vita b. *Henrici* patet) domum reversus, hic locorum reliquerit, & religionis propagandæ ministris præsidio futuram, & victum bello populum in fide contenturam, dubitari non potest; quam etiam castro quodam contra subitos incolarum impetus sese muniisse, non est improbabile, unde prima fortasse arcis Aboënsis initia arcessenda sint (24)? Atque hujus opportunitate expeditionis usos, colonos quoque Svecos sedes in objectis Finlandiæ Nylandiæque littori insulis (Skåven) maritimaque posterioris hujus provinciæ ora fixisse, verisimile est; ut simili occasione consilioque Dux *Birgerus* postea australiorem Ostrobotniæ oram coloniis Svecicis habitandam dedit. Non enim alius, ad has terras, ante *Thorkillum Canuti filium* postea susceptæ expeditionis, memoria existat (25):
hac

diligentius Dn. MATHESIUS (Diff. de *Ostrobotnia*, p. 31, not. k), quitesis laudatur, & unde illam narrationem Vir Generosissimus sumsit, jam monuerat, *Frosterum* errore manifesto R. *Ericum* IX cum *Erico* XI, & expeditionem illius cum posteriore quæ hujus tempore, ductuque *Birgeri Ducis*, suscepta fuit, confundisse.

(24) Prima enim arcis hujus exstructio cæterum ignoratur; antiquam tamen esse, & primarium olim fuisse Finlandiæ castrum, satis constat. Cfr. RHYZELII *Sviogoth. munit.* p. I. seq. ubi quæ (post Dissertationis de S. *Henrico* auctorem, P. I, p. 54 sq.) commemorat ille vestigia expeditionis R. *Erici Sancti*, quam parum certa sint, vel ex nomine æquoris (fiård) quod insulas *Runfala*, *Hirvifalo*, *Satava*, *Rimito* &c. interluit, discere licet, quodque a Fennico *Airisto* corrupte Sveci *Erstan* pronuntiant; id ille nempe ab *Erikstan* (nescio qua commoda significatione) ortum, admodum improbabiler docet.

(25). Ducis *Guttormi* & Archiepiscopi *Stephani* expeditionem, quam a. circiter 1164 susceptam fuisse tradit OERNHJÅLM (l. c. C. V. p. 491) & cum eo alii, fictam esse ac idoneo teste plane destitutam, luculenter docet LAGERBRING l. c. C. 8, §. 8 p. 185. sq. Quin nec ipsæ illæ ad quas provocant, literæ Papæ *Alexandri* III, datæ Tuscu-



hac autem antiquiores, Svecorum in his oris sedes utique videntur; ac *Tborkillum*, qui in vicinia conditæ a se novæ urbis Wiburgensis, colonos Svecos nullos collo-

ca-

li V idus Sept. atque ad nominatum nuper Archiepiscopum Ducemque missæ (quas præter ÖRNHJÄLMUM l. c. exhibet VASTOVIVS l. c. p. 161. Ed. Colon. Cfr. a CELSE l. c. p. 41) diligentius inspectæ, huic conjecturæ favere, mihi quidem videntur. Dicit Pontifex, gravem esse ad Apostolicam sedem querelam perlata, quod *Finni semper imminente sibi exercitu inimicorum, fidem servare Christianam promittunt, & prædicatores & eruditores Christianæ legis desideranter requirunt, & recedente exercitu fidem abnegant &c.* Quare judicat non esse dignum ut eis in adversitate Christianum nomen defensionem conferat quod in prosperitate despiciere & horrere probantur; hinc addens, universitatem vestram monemus atque mandamus, quatenus a fallaciis & fraudibus eorum ita prudenter & discrete de cetero caveatis, quod si ingruerit necessitas ad auxilium & defensionem, vestram non possint recurrere, nisi munitiones, si quas habent, vobis tuendas assignent, aut alias adeo sufficientem cautionem exhibeant & securitatem, quod a modo nullatenus pedem retrahere aut vestram prudentiam valeant circumvenire, sed Christianæ fidei documenta cogantur tenere firmiter & servare, ne amplius de eorum numero videantur de quibus dictum est, *confitebitur tibi, cum benefeceris ei.* Primum quidem, de Fennis aggradiendis aut nova expeditione contra illos suscipienda, nullum hic mandatum occurrit; multo minus revera susceptam fuisse, hinc effici potest. Deinde, æque commode, si non commodius, de conditionibus sub quibus auxilium Fennis, ab aliis inimicis afflictis Svecorumque opem & præsidium implorantibus, hi impertire deberent, explicari posse Pontificis consilium videtur, quam de cautionibus in gente hac debellanda a Svecorum exercitu observandis. Mirum sane videri queat, Svecorum copias, ad religionis Christianæ professionem Fennos permoturas, vocari a Pontifice *exercitum inimicorum*; cum religionem Christianam professis parceretur, ei dici illis in adversitate Christianum nomen defensionem conferre; ac cum a Svecis victi territive in fidem reciperentur, hoc ei audire *ingruentem necessitatem*, qua pressis non debere Fennis concedi ut ad *auxilium & defensionem* Svecorum possent recurrere, nisi munitionibus suis traditis &c. Certe hæc de Fennis Sveco imperio obsequium jam pollicitis, (quamvis religionem vi obtrusam inimi-

cavit, hoc consilium minus aut necessarium aut aptum rationibus suis existimasse, credere licet (26). Inter colonos autem qui *Erici* Regis tempore immigrabant, manum imprimis *Helsingorum* insignem fuisse, probabile est, (licet nec numerum eorum, nec duces, tacentibus veterum monumentis, prodere nos audeamus (27)); idque non modo nominibus locorum credimus, ab *Helsingis* ductis (28), sed aliis quoque non obscuris rei ejusdem vestigiis (29).

H

Qua-

co animo prosequentibus), ideoque a *Careliis*, *Russis* aliisque nationibus barbaris, sæpius hostiliter impetitis Svecorumque auxilium orantibus, (cujus rei testimonia infra dabimus indubia), facilius capias? Nihil tamen affirmo.

(26) Sensim plures ex Svecia potuisse novos advenire colonos, negare quidem nolumus; sed nec tamen affirmandi rationes adsunt. *Convocato præterea qui remansit populo terræ, pacem dedisse*, post partam victoriam Rex *Ericus* dicitur, (vid. ISRAËL ERLANDI, *Vita S. Erici* ed. a SCHEFFERO, p. 9, & VASTOVIVS in Ejusdem *Vita*); ut sedibus suis Fennos a novis advenis passim exturbatos postea fuisse, vix sit probabile; nec bellum cum maritimis sæpius deinde exarsisse, demonstrari potest. *Munitiones* si quas haberent, Fennis adimi jussit Romanus Pontifex, non vero *terras possessionesque* eripi. Nec incultam incolisque vacuum relictam fuisse hætenus oram maritimam, probabile videtur.

(27) Qui scire vult, quid de his rebus fabulentur alii, nullas illi neque afferentes neque habentes assertionum suarum rationes, consulat imprimis *Dissert. ERICI ALKOT de Gestricia* (Upsal. 1722. 4:0 ed.) Part. Post. p. 4; unde discere licet *coloniam ducentorum & quadraginta circiter hominum ex Gestricia & Helsingia in Finlandiam fuisse missam*: quam rem, cujus plane nullam vetera monumenta memoriam conservant, ex peculiari sine dubio revelatione auctor rescivit! Nomina etiam Ducum alii liberaliter suppeditant.

(28). *Parœcia Helsing*, urbs *Helsingfors* &c. Cfr. BUREI *Descr. Svec.* p. 34 & 35, atque L. PAULINI *Gothi Hist. Art.* L. 1, c. XXIV, p. 84.

(29). In Literis R. MAGNI *Erici* F. datis *Westrearos a. 1331*, die



Qualis denique *status & conditio Fennorum* esset, cum a Svecis bello petiti horum imperio subicerentur, ex vetustis illis monumentis quæ hujus eventus nobis notitiam tradunt, (30) discere parum licet. Obviam quidem

exaltacionis S. Crucis, de Decimis ab incolis *Advocatiæ* (Præfecturæ) *Wiburgensis* pendendis, ad quam Nylandia olim pertinauit, illi dispefcuntur in eos qui habitant in jure *Karellico* (Savolaxia & Carelia) & eos qui habitant in jure *Helsingico* (Nylandia). Vid. *Lib. Privilegior. Eccles. Aboënsis* (Abo Demfyrtas Swardbof) Fol. 7 1q.

In *Literis Beronis* Legiferi Nylandiæ, dat. *Tenaliæ a. 1345*, dominica *Reminiscere* (Ibid. Fol. 6), legitur: apud habitatores terre Nylandiæ & rusticos insularum Finlandiæ, jure *Helsingico* subditos, diversa erat consuetudo in exhibendo *MathyPot*, cum in quibusdam *Parochiis XIII Marce butiri*, in quibusdam *XII vel XI*, quibusdam vero *IX marce butiri* solvebantur, &c. Unde patet, præter Nylandos, incolas etiam insularum Fennicarum, h. e. totam coloniam Svecicam, *Helsingicæ* fuisse originis, & ut videtur, legibus etiam olim usam *Helsingicis*? Causas autem, cur *Helsingi* potissimum, novas in his nostris oris quærerent sedes, tacentibus vetustis monumentis, nullas nos quidem adferre valeamus.

In eodem libro literæ etiam habentur (Fol. 10) *HEMMINGI* Episcopi Aboënsis, *Clero & populo Nylandiam inhabitantibus in jure Helsingico*, datis a. 1349, in octava *Apostolor. Petri & Pauli*.

Ac singulare est, quod *Birgerus* Archiepiscopus Upsalicnsis, in literis dat. *Aboæ a. 1369, d. 8 Octobris*, veterem confirmat morem in Finlandia receptum, ut loco *oblacionum & Mathyrdh* incolæ solverent *unam carpam slliginis cumulatam in jure Finmonico, & decem marcas butiri in jure Svecico* (ibid. Fol. 4). Unde patet, *Fennos* agriculturæ magis, colonos autem Svecos rei pecuaræ, avito *Helsingorum* more, operam majorem dedisse.

(30) Quæ vix alia supersunt, quam *Legendæ Sanctorum Erii Regis & Henrici* Episcopi, in veteribus *Breviariis* reperiundæ; unde sua hausisse planum est & *ISRAËLEM ERLANDI* (cujus *de vita & miraculis S. Erii Sveciæ Regis* libellos edidit notisque illustravit *JO. SCHEFFERUS*, Holm. 1675, 8:o) & Auctorem veterem *Vitæ S. Erii, Svecicæ conscriptæ*, quæ in *Codice Ms.* habetur quem a proximo pos-



dem hosti processisse, sed prælio cruento superato di-
 sperfosque Regi victori sese postea submisisse, pacemque
 ea conditione accepisse, quam oblatam primum spreve-
 verant (31), ut Christianæ sc. religioni nomen darent sese-

H 2

fessore *Bildstenianum* appellare solet Nobil. LAGERBRING (Vid. Sw.
 R. Hist. 2. D. 7. C. I. §, & Cel. GJÖRWELL *Ålsm. Tidningar*, år
 1770, N. 156, p. 621 sqq.) quamque typis vulgatam legere jam licet
 in Tomo IV. *Scriptorum rer. Danicar. mediæ ævi* LANGEBEKII &
 SUHMII, V. V. III. N. CXXV p. 597-599, non minus quam ERICUM OLAI,
 VASTOVIUM reliquosque recentiores Scriptores ad unum omnes. Non
 improbabilis quidem videtur conjectura Nobil. LAGERBRING (l. c.
 not. (1)), *Israëlem Erlandi* vitam Erici Suetice conscriptam in Lati-
 num sermonem libere convertisse, cujus deinde opere posteriores Bre-
 viariorum compilatores usi sint (cfr. etiam BENZELIUS in Notis ad *Vas-
 stovium*, p. 94); qui tamen alia inde rescuissse, alia addidisse passim reper-
 untur, ut conferenti facile patet; (Vid. ex. g. *Breviarium secundum ri-
 tum alme ecclesie Arosiensis, impressum Basil. per Magistr. Jacobum
 de Phortzheim a. 1513*, (cui vero præmissa Epistola confirmatoria Epi-
 scopi Ottonis data est *Arosiæ a. 1514, sexto idus Octobris*), Fol. 23
 sqq. & Fol. 62 sqq. in Festis Sanctorum; & *Legenda de R. Erico*
 quæ ex *Passionali Lubecensi* inserta est Tomo IV. *Scriptorum rer. Da-
 nicar. Langebekianorum*, p. 599 sqq.). Sed nec dubitari posse videtur,
 quin ante illam vitam Suetice compositam, *Legendæ* jam & S. Erici
 & S. Henrici, in usum cultus sacri his Ecclesiæ (ut ferebatur) marty-
 ribus mature exhibiti, Latine conditæ extiterint, unde materiam nar-
 rationum suarum & ille scriptor & (forte etiam illo non cognito?) po-
 sterioribus acceperint; Festum certe *S. Erici* anno jam 1266 magno homi-
 num concursu fuisse celebratum, ipse docet nobiliss. LAGERBRING l.
 c. §. 6, p. 163. Ecclesiæque cathedrali Aboënsi, quam in honorem
 b. Mariæ Virginis, & *Sancti Henrici Episcopi & Martiris fundatam*
 vocat, Papa Bonifacius VIII liberales indulgentias a. 1296 concessisse
 reperitur; in qua bulla *Festivitatum S. Henrici* simul mentionem facit,
 jam tum celebratarum (Lib. Eccl. Ab. F. 65); ut ita fama rerum ab
 iis gestarum satis conservari, donec scripto mandarentur, (licet pro in-
 genio temporis, superstitionisque Monachalis more adornata), facile
 potuisse videatur.

(31). *Coadunato exercitu, versus Finnonæ expeditionem direxisse,*

que baptizari sinerent, traditur (32). Sed quos duces habuerint, quanto numero fuerint vel occubuerint, quibus armis quoque loco pugnaverint, non commemoratur; multo minus quali vivendi modo, quibus moribus, aut qua reipublicæ forma usi fuerint? Hæc igitur aliunde,

vix

ipfosque fide Christi prius (post adventum nempe suum?) oblata, ac pace exhibita, renitentes & rebelles in ultionem sanguinis Christiani manu valida aggressum fuisse, ac bello devictos victorem prostravisse, narrat ISRAËL ERLANDI l. c. p. 7. Svecus autem vitæ S. Erici scriptor sæpe obtulisse Divinam fidem ac pacem dicit; mansuetudinem sc. Herois sui extollere studens. Verba ejus sunt: ja tha samkadhe han saman här — ok for til Finlanz ok stridde, ok drap alla thöm som ey vildo taka vidh råtvifo ok rätte troo, for thy at han hafde opta thöm Gudz troo ok frid budit, oc the varo svä forhardhe, at the vildo engalund undi ganga, utan medh hardhe hand. Quod liberalius adhuc ornatur Generos. DALIN, scribens: Innan Eric reste ifrån Sverige, hade han skickat bud til Finnarne, och sagt dem upriktigt til, at han årnade hemsöka dem med krig, om de ej godvilligt gufvo sig under hans vålde och antogo Christna läran: men sådant hade de med högmod afslagit: han landsteg derföre med så mycket större skäl &c. Nempe debebant Fenni religionem incognitam, & peregrinum Dominum, sine ulla mora ac deliberatione recipere! Ac mirum est, nomina etiam legatorum in Fenniam præmissorum (qui periculosum sane susceperant iter), non prodit!

(32). Institutione scilicet vel nulla vel exigua admodum præmissa, pro more temporis fatuo plane atque barbaro; quali ex. g. Hispanos etiam postea Peruvianis fidem Christianam obtulisse, non sine indignatione legimus. Quamquam addunt laudatores nostri gestorum S. Regis, eum superatis hostibus reliquum terræ populum convocasse, & pace data fideque Christi prædicata, sacro baptismate tingi iussisse. Interpretes autem idoneos unde habuerit, non commemorant; quibus neque sua docendi & convincendi ratio indignuit, promptior sc. longe ac potentior. Mirum igitur videri nequit, populum ita conversum, odium novæ religionis vehemens concepisse, veterisque superstitionis studium acre retinuisse; unde ortum habuit misera illa Christianismi & paganismi mixtura, quam diu adeo apud majores nostros obtinuisse, scimus.

vix tamen illa nisi per conjecturam, colligenda sunt. Ac victoriam quidem facilem fuisse, nec bellum vel diuturnum vel formidolosum, VASTOVIO non difficulter credimus (33); cum Fennos parum ad resistendum paratos fuisse atque instructos, verisimile sit.

Primum enim, Rege aut Duce aliquo, satis gravem ad bellum feliciter administrandum auctoritatem exercente, destitutos fuisse, certum est. Non tantum nulla Imperatoris aut Principis Fennici in veterum, de expeditionibus vel R. *Erici* vel Ducis *Birgeri* contra Fennos susceptis, narrationibus mentio fit; sed ne nomen quidem Regiæ aut Principalis dignitatis ullum in tota lingua Fennica existat. Quæ Islandorum Carmina atque Narrationes de Finno- rum quibusdam Regibus habent, vel fabulis annumeranda sunt, vel ad nostros certe majores non pertinent. (Cfr. Diss. D:ni *Frantzén* de *Bircarlis*, superiore anno hic editæ p. I. §. 1, not. (d) & (e).) Incerti autem auctoris *Chronicon Finlandiæ*, quod omnino præter meritum suæ inseruit *Bibliotheca Svecica* (*Schwedische Bibliothec* p. I, p. 90 sqq.) Ill. *Nettelbladt*, adeo insulsum est, putidum, omnique fide indignum, ut neque mentio ejus ulla in monumentis Historicis fieri debeat. Sine dubio itaque in libertate naturali majores nostri, usque ad Svecorum adventum vixerant, *Seniorum* (quod idem de Estonibus narrat Auctor Chronici veteris apud *Gruberum* l. c. ad a. 1210, §. 3, p. 78. sq.) auctoritati quidem, ubi opus esset, nulli vero imperio parentes, multarum aliarum barbararum more gentium: quo facilius vinci sub-

H 3

igi-

(33) Qui in vita S. *Henrici* dicit: quibus (hostibus, s. Finnonibus) facile negotio, Rege caelesti terreni Regis pietatem prosperante, fidei Christi & suo dominio subjugatis, cæt,



igique poterant. Non nisi unum prælium cum iis commissum vetera commemorant monumenta, idque valde sine dubio tumultuarium: quo superatos, dispersos mox fuisse domitosque, docent. Munitionum vel castrorum expugnatorum nulla fit mentio: ac credibile est, in sylvis suis aliisque locis aditu difficilibus, nulla quidem humana arte firmatis, perfugium præsidiumque quæsisse. Ad quæ forte significanda vocabulum *Linna* (arcem manu humana ædificatam vulgo jam denotans), primum pertinuit; quod hinc montibus quibusdam, nulla artis opera munitis, hodieque tribui, notum est. Neque Papæ Alexandro III, (cujus literas supra p. 55 seq. (25) commemoravimus) de *munitionibus* Fennorum aliquid innotuisse, verba sua satis docent. Estones tamen iis non caruisse, certum est; quod vel *castellum Somelinde*, (*Suomen Linna*, *Fennorum arx*) cujus in *vet. Chronico* apud *Gruberum* (p. 82) mentio fit, abunde testatur. Sed hos, utpote aliorum populorum commercio frequentiori usos, vitæ cultu nostris majoribus eo tempore præstitisse, probabile queat videri? Militaris etiam discipline eosdem non omnino fuisse expertes, ejusdem auctor veteris Chronici, passim ostendit; qua nostros nullo tum valuisse majores, verisimile est; unde nec terram suam contra instructiorem copiisque validum hostem potuisse defendere, sed primo fusos prælio, quotquot in regionem interiorem effugere nequiverant, mox sese submisisse, mirum videri debet. Quo aut pugnandi more, aut armorum usi fuerint genere, æque incertum manet. Etiam ex equis pugnasse Estones, dubio caret; (vid. *Gruberus* l. c. p. 76). De nostris nihil tale constat. Nomina vero *arcus* (*Joutzi*, *Joubti* l. *Joutti*, qui *Wogulis* & *Ungris* est *Jäut*), *Sagittæ* (*Muosi*, *wasama*), *lanceæ* l. *bastæ* (*Reihäs*),
Gla-

Gladii (Miecka), *clava* (Muisa), *scuti* (Szlpi?), &c., nostris vernacula, vetustum horum telorum armorumque usum produunt.

Quis cæterum gentis nostræ iis temporibus conditio atque status esset, æque difficulter, nec nisi per conjecturas, atque ex iis vestigiis morum quæ linguæ vernaculæ opes offerunt, indagare licet. Sedes stabiles, domos & pagos habuisse, dubium non est. *Sylå*, *Huone*, *Pirtti*, *Sauna*, *Mitta*, &c. (*pagus*, *domus*, *balneum*, *horreum* &c.) indigena domesticaque nostris sunt vocabula. Si itaque quæ de *Fennis* narrat *TACITUS* (*de Moribus Germ.* c. 46,) vel ad nostros majores pertinuisse, vel certa niti fide doceri posset; valde mutatos interim fuisse gentis mores, inde pateret: sed neutrum dare possumus. Venatu quidem atque piscatu multos vitam sustentasse, haud ambigimus; verum ne utquam omnes his solis. Agricola enim, ante jam quam ad has oras migraret, nationem fuisse, ac rei simul pecuariæ operam dedisse, admodum verisimile est. Non illud jam urgeo, ipsum *agri* nomen (*Feld*) nostris esse commune cum Ungris (*Föld*); adeoque antiquius videri gentis utriusque divortio, in avitis illis suis in Caspii maris vicinia sedibus factis; video enim a Germanico *Feld* (*Svecis* *Fält*) utrumque posse non incommode derivari: sed magna præterea vis nominum, ad rem agrariam pertinentium, vernaculorum & plane indigenorum superest, in quibus nulla peregrinæ suspicio originis locum habere possit. Inprimis in agriculturæ illo genere (*Svetice* *Swedjebruk*) quo sylvarum exustarum cineri femina committuntur, majores nostros jam antiquitus peritiam comparasse, in aprico est. Quod vel copia vocabulorum vernaculorum varias hujus operis partes, status, labores & instrumenta subtiliter

liter distinguentium, satis indicat (34); quæ quidem diligentius persequi singula, hujus loci non est. Confirmat eandem rem diligentia, qua proxime sequente jam seculo agriculturæ studuisse Fenni reperiuntur; quamque a colonis Svecis, rei pecuariae quam agrariae illis temporibus studiosioribus, (ut neque hodie Nylandi Fennis agricolationis palmam præripiunt) didicisse, credibile non est, e quorum lingua vocabula agriculturam respicientia haud multa mutuasse,prehenduntur.

Civitatis, Legum, Magistratum atque *Judicum* nulla licet indigena vernaculus sermo ostendet nomina, *fædere* tamen quodam (F. Eijtto) patresfamilias inter se conjunctos fuisse, atque in commune consultasse, non tantum socius libertatem defendendi conatus collectaque & hostibus opposita incolarum manus ostendit, sed *comitiorum* etiam nomen vernaculum (Käräjä) confirmat. Qui *Nobilium* ordinem prærogativasque ignorabant, *servis* tamen usi sunt, ut miseræ hujus conditionis nomen (Orja, Orjuus) indigenum prodit. Urbium nec ulla vestigia existant Svecorum adventu antiquiora, nec vocabula illas spectantia nisi a Svecis manifesto mutuata habemus; qualia sunt Raupungi, Tori l. Turku, Ratu, Marckina &c. (35). *Opificum*

(34) Ex. g. Rassi, Huhta, Karsti, Palo, Käärtti, Lottero, Rasi, Uho, Rytömaa &c. Porro Wainio, Moisso, Halme, &c. Item Sahra, Hara, Hes l. Hjes, Tyräs, Seuna, Warta l. Warsta, Sirppi, Wikahde, Kohka, &c. Item Cerealiumnomina Odra, Nisu vel Wehka, &c. Item Jauho, Talduna, Puuro, Leipä, Tyrkä, Kyrkä, Rodka, Sahki, Kalja &c. Item Papu, Hernet, Nauris, Pellawa &c. Quæ abunde docent, gentem nostram non heri demum aut nudius tertius agrorum cerealiumque cultum didicisse atque exercuisse.

(35) Quod omni tamen mercaturæ genere carere haud possent, *vendendi & emendi* vocabulis vernaculis non destituimur (myyhdä & ostaa);

cum pariter vix ulla habentur nomina vere domestica, qualia sunt *Fabri Seppä*, (proprie *ferrarii*, licet ad alias quoque deinde artes traductum reperiatur (36)), ac *Textoris*

I Ran-

quin vocabulo gaudemus domestico *Pecuniam* significante, *Raha*; quod tamen certam aliquam mercem primitus denotasse, suspicamur. Lapponibus quidem idem vocabulum (*Raha*) *pellem ferinam cariorem* significare in novo *Lexico Lapponico* (Stockh. 1780 edito, 410) docetur, ac *Rahan nakke* eodem etiam significato usurpari: utrum potestate vocabuli prima propriaque, an tropica? Omne certe id quod in pretio est, ac *pecuniam*, indicare additur; quod sc. ejusmodi pellibus pecuniae loco olim Lappones uterentur.

(36) Nempe non *Fabrum* modo *cerarium* atque *argentarium* *Wassfi* & *Hopia* = *Seppä* dicimus, sed *fabrum* quoque *lignarium* *Puu* = *Seppä* appellare moris est; quin *disertus* similiter Poëtis audit *verborum faber*, sc. *Sanoille Seppä*. Cæterum instrumenta fabrilia haud pauca domesticis apud nostros insigniuntur nominibus, ex. g. *Wafara malleus*, *Wihri forceps Fabri ferrarii* (a qua sc. differt *Hohdin*, *Hohtimet*, quo genere & alii opifices utuntur), *Palja malleus major* (*Nägga*), *Palkus* (& *Maisin*) *incus*, *Wijo focus fabrilis*, *Harko massa ferri crudi*, *Kuona scoria*, *Paja officina ferraria* &c. Præterea *faber ferrarius* & ab actu *cutendi* (*Tafoa*) dicitur *Tafoja*, & a materia quam *cutit* (*Rauta*, *ferrum*) etiam *Rautio*; cujus metalli minera ut paludes & lacus Finlandiæ haud pauci abundant, ita fundendi tractandique artem mature majores nostros exercuisse, probabile est: quare varia ferri genera & qualitates suis nominibus distinguere didicerunt, ut *Leräs chalybs*, *Melto-rauta*, *Räsh-rauta*, *Retto* &c. His præterea ferreorum instrumentorum varii generis usum familiarem fuisse, tot propria & indigena quæ iis adhærent nomina demonstrant, ex. g. *Weih* culter, *Kirves*, *Lappara*, *Nyrhi*, *Nacke securis* variae species, *Dra candens ferrum* terebræ loco adhiberi solitum, (*Tämfi*, *Kalwin*, *Koweli*, *Tassin* l. *Tafjo* l. *Tefjo*, *scalprum* vel *radula*, *Napafaira*, *Wäänidiä*, *Malkuri* terebræ genera), *Witahde*, *Wesoin* l. *Wesuri*, *Kasara*, *falcæ* *fenaria*, *mesforia* & *putatoria*, *Wannas vomer*, *Wiuhta culter aratri*, *Kerih* timet l. *Kerisimet* *fosepex* *tendendis velleribus ovium* inserviens, &c. &c. Neque *cupri* (*Wassfi*) & *argenti* (*Hopia*) usum iis ignotum fuisse, horum metallorum nomina produunt; *auri* contra, *stanni* & *plumbi* appellationes a Syecis acceptæ; serius earum rerum ad nostros pervenisse cognitionem indicant.



Ranguri (37). Cæterum copia vocabulorum vestes, supellectilem & instrumenta (Konet) varii generis designantium, pure Fennici quidem idiomatis, cultu vitæ omnium majores nostros antequam Svecorum imperio adjungerentur haud caruisse, docet (38); quorum diligentem infra

(37) A Rangas *tela*, cujus adornandi & texendi jam olim peritos Fennos fuisse, copia vocabulorum ad hanc artem pertinentium ostendit, ex. g. *Loimi flamen*, *Rude subtemen* (unde *Sutoa texere*), *Miisi licia*, *Raite & Pirta pekten*, *Suckula radius*, (cui inclusus glomulus oblongus *Räämi* audit), *Sohlo machina textoria* (Svet. *Wäffwa*), *Suhacko jugum textorium*. Adde *Luoda telam adornare* (Svet. *refwa l. uprännä en wäf*) unde *Luonnos* actus talis, & *Luomazpuu* machina huic usui adhibita (Svet. *ref-tråd*); *Wihti* (l. *Wyhti*) fasciculus filorum ex fuso evolutorum (Svet. *hårfwa*) unde verbum *Wihtiä* hunc actum significans, & *Wihtinpuu* machina huic usui inserviens (Svet. *Harf-tråd*); *Kerä glomus*, unde verbum *Kerä* glomero & machina huic rei necessaria *Keränpuu* vel *Kerinnacka* (Svet. *Uyffot*); porro *Kebrätä & Lapata nere*, *Kebrämarsi* vel *Wärtänä spondylus*, l. *fusus*, *Lumbio* vel *Lumme verticillum* fusi, *Rape*, pensum quod netur, *Langa & Rihma filum* vel lanæum vel lineum ac cannabinum, &c. Prætereo varia genera *lintei*, suis nominibus significata, *Rosti*, *Hursti*, *Warti*, *Piicko*, *Yskäinen Rangas*, *Alwina*, *Valtina*, item *panni* sive vilioris *Sarka*, sive nobilioris *Wraha*; &c.

(38) Pauca modo, exempli causa, hoc loco commemorabimus, ut sunt: *Lurkki*, *Roukka*, *Ruffana*, *Wokki amiculum pelliceum* (sv. *Påls*), *Lakki*, *Wiitta*, *Nuttu amiculum lanæum*, *Rybdp* & *Melko amiculum amplius lineum*, *Hame tunica* (maxime mulierum, sv. *Rjortel*), *Sopa & Paita indusium* (licet apud ULPILAM quoque *Paita tunicam* significet?), &c; porro pilei & virilis & muliebris plura genera, *Lakki*, *Hippa*, *Hyttyri* l. *Hyttyrä* l. *Rypärä*, *Keuhka*, *Pitnilka*, *Tanu*, *Tirkatti*, *Hillikka*, *Hundu* &c; sic etiam habent *Wyd balteus*, *Ruokket* & *Lakket* femoralia, *Sukka*, *Sääräs*, *Sylingät*, diversa genera *tibialium* (sv. *Strumpor*), (*Ruffanen?*) *Rinnas*, *Lapotimet*, *Lurwaffo*, *Chirothecarum*, *Rengä*, *Pieru*, (*Saappas?*), *Ruojut*, *Ruotiset*, *Pipokas*, *Kallokas*, *Kalso*, *Lillus* l. *Tallus*, *Edppöset* & *Kurpuset*, *Wirsu*, *Taniainen*, *Lotto*, *calceorum*: præterea *Helme torques* ex margaritis vel aliis lapillis elegantibus (sv. *Perlband*), *Witia catellæ* genus, ad ornamenta mulierum



catalogum adnectemus, observationibus quibusdam illustratum. Istarum nempe rerum si a Svecis demum cognitionem usumque accepissent, quin vocabula quoque illarum, ut multarum aliarum, ab iisdem mutuaturi fuissent, aut ad eorundem consuetudinem imitationemque formaturi, vix dubites.

Literarum nemo, puto, apud majores nostros antiquissimos, requireret vestigia; quarum ne nomen quidem lingua vernacula habet domesticum. *Kirja*, quo vocabulo *librum* hodie significamus, a *Kirjawa* vel *Kirja*, rem quamcunque *versicolore* sive *variegatum* indigitante, non inepte derivari credas (unde *Kirju* & *Kirjas* bovem vel vaccam varii coloris, atque *Kirja-Kangas* & *Kirja-Waate telam*, *pannum* vel *vestem*, *versicolore* denotantia

I 2

de-

pertinuerunt, &c. In supellectili nominamus *Pöyhdä mensam*, *Rahi* l. *Rahita* l. *Rahita sellam* longam quæ ante mensam collocatur, *Wuode le-
kum*, *Ratti* lodicem, &c. *Retto* & *Rettyt* cunas (cognitionem quæ forte habent cum Gothico *Hethio*, cubiculum?), *Kapalo* & *Lappeet fascias* (Sv. *Lindor*), *Vata ollam*, *Kasari cacabum*, *Malja patinam* l. vasculum, *Sango stulam*, *Sammio dolium* l. labrum; *Hanho* l. *Hanhikko scyphum* utrinque ansatum, *Huhmar-mortarium* ligneum amplum, *Lipas* & *Lipanen* (diminut.) *cistæ* genus, *Rasio cistulam*, *Raukku* & *Rou-
ti*, saccum vel e *corio* vel e *betulæ cortice* (Sv. *Näfwer*) fabricatum, *Kuurna* (Sv. *Bryggrosta*) alveum, unde potus hordaceus parandus destillatur, *Mändä baculum* quo butyrum congelatur (Sv. *Kärnstaf*), *Reki*, *Saani*, *Rorja* &c. traharum varia genera, *Onales* machinam qua asseres in navigiis fabricandis comprimuntur, *Panni libellam* (Sv. *Watt-
paf*), *Tahko cotem*, qua circumrotanda ferrum acuitur (Sv. *Slipsten*), *Suppilo*, s. *Torro* (& *Tortei*) insuadibulum in mola (Sv. *Quarn-tratt*), *Raha* vel *Rahna cistam* circum lapidem molarem, *Silda pontem*, *Porras ponticium*, &c. &c. Prætereo vim vocabulorum, quæ *Equorum* usum instrumentaque ad eum pertinentia indicant, (ut sunt *Suishi frenum*, *Dhja habena*, *Hibna corrigia*, *Marhaminna capistrum*, *Uisa* & *Behmaro temo*, &c.) ut & nomina numerosa *pecoris* curam, & varia pecorum genera significantia.

descendunt vocabula); nisi *Kirom* (*exscribo*, ut *Kiiratos*, *exscriptus*) Ungarorum, huic obstare conjecturæ videatur, (a particula *ki*, illis *ex*, & verbo *iron* vel *iroc*, *scribere*, significantibus, compositum), quod aliam vocabuli originem, nobis incognitam, prodat, eorumque simul refellat ingenium, qui ex Græco *γραφω* arcessant? *Raamtu* tu vero, quo nomine *Sacrum* inprimis *Codicem* appellamus, quin a *Γράμμα* (*ισσα γραμματισα*) Græcorum formatum sit, atque a vicinis Russis ad nos propagatum, nullum esse dubium videtur. *Carmina* tamen jam antiquitus majores nostros habuisse & amasse, artemque Poeticam suo more excoluisse, res est certissima (39); cum quo studio conjunctæ *Musicæ* quoque artis non omnino nullo ductos amore, nomina instrumentorum huc pertinentium, simplicium quidem illorum, demonstrant, quibus usos fuisse constat, qualia sunt *Randele nablium* (plurium etiam illud generum), *Torwi Tyytty*, *Amnyi*, *Quikkuri*, *Tuba* (*lignea fere*, *Sv. Luur*, *Wallhorn*), *Pilli fistula*. *Astrorum* non nisi paucorum lingua vernacula offert nomina, qualia sunt *Otava ursa major* & *Benâsan Otava ursa minor* (quasi *Russorum arctos*), *Seulainen plejades*, (quasi *cribellum*), *Wâinâmâdîsen wicahdin Orion* (quasi *falx Dei illius majorum nostrorum celebrati*): ita ut ad plura attendisse non videantur. *Anni* quidem tempora majora (*Kewâ*, *Kesâ* l. *Sumi*, *Sypy* & *Talwi*) notarunt, & *menses* etiam, *Kuut* l. *Kuufaudet*, distinxerunt; sed *hebdomadis dierumque* ejus singulorum non alia nisi a Svecis mutuata, reperiuntur cognovisse nomina, nec *horæ* aliud vocabulum nisi *Setti*, *exiguum temporis momentum* significans, exstat.

Ad

(39) Cfr. Diss. nostram de *Poësi Fennica*, cujus hæcenus V partes prodierunt, quibusdam aliis propediem augendæ.

Ad *Mores gentis domesticos* quod attinet, parum de iis constat; nisi quod aliorum similes fuisse populorum barbarorum, probabile est, eorum tamen qui ad artem agriculturæ & huic maxime cognatas alias, simpliciores illas licet, exercendas, jam progressi sunt. Cui rei illustrandæ, præter ea quæ hactenus ex linguæ vernaculæ copiis attulimus documenta, etiam vocabula inserviunt *justarum nuptiarum* (Ario) jungendarum ritus & solennia significantia; cujus generis sunt *Ustka & Eulhainen sponsas*, *Morsian sponsa*, *Rosio procus* (Rosen vel Rosien puellam ambio, conjugem peto), *Raase l. Raaso pronuba*, *Saijas virgo sponsæ comes* (Sv. Brudpiga), *Kihla sponsalia & munera sponsi*, *Rapiet & Myyni dona quæ sponsa socero, socroi & affinibus distribuit*, *Häät celebratio nuptiarum &c.* *Polygamia* majoribus nostris probatæ, nulla exstant vestigia; sed contentius & durius habiti sexus muliebris, more gentium minus cultarum communi, plura supersunt documenta. Sic labor molestus frumenta pinfendi, (vel molam manuariam versandi), quæ sola ratio eorundem frangendorum majoribus nostris innotuit, foeminis injunctum fuisse constat; quare in veteri carmine mulier conditionem hanc deplorans suam canit;

Päivät pyörin petseleisä, Totos dies verbor pistillo pi-
sonis quasi affixa,
Siven puuša kikuttelen. Lapidis (molaris) manubrio ad-
harens motitor.

Nec verisimilitudine caret, Patres filias suas procis, multarum aliarum exemplo nationum barbararum, pretio quodam stipulato, vulgo vendidisse. Sane in veteri carmine, puellæ, quam post comparatum sibi consensum parentis procus adiisse armenta pascentem fingitur, quæ-
renti

renti (quod domum puellæ paternam se visitasse dixerat), quidnam pater suus egisset, respondet ille:

Myöskendeli (myöskendeli) myttäriä. Vendidit (h. e. desponsabat) filias.

Cui regerit puella:

Kellen myöskihin minua? Cuiam ego vendita fui?

illoque respondente

Sinä myöskihin minulle, Mihi tu fuisti vendita, subjicit sponsa

Pölsongos minusta annoit? Quantum pretii pro me dedisti? pretioque cognito, se quantovis nempe pretio dignam tantillo venditam fuisse indignatur, adjiciens

Wähembäs hywästä annoit, Parum sane pro præstanti dedisti,

Pickuruisen kaunihista! Pro pulcra exiguum!

Jurisjurandi morem atque religionem majoribus nostris incognitum non fuisse, vocabula Wala juramentum & Wannon juro, demonstrare videntur. Ludis quibusdam delectatum fuisse populum gravem & subtristem, vix credas; nisi puerili forte ætati atque adolescentiæ myinda illum (Sokka l. Soffa, olla Soffoisilla, Sv. Blindbock), & qui ætate in gramine peragitur, Hiippa, jam olim arrisille putemus potius, quam imitatione vicinorum, cum quibusdam aliis postea adoptatos. Mortuos quo ritu Fenni antiquissimi extulerint atque sepeliverint, parum liquet; nisi quod vocabulum Peijaiset superest, epulum significans in memoriam mortuorum (etiam aliquot interdum annis post obitum eorum) celebratum; cum quo vocabulo quod Peijakas vel Peijanen, genius inferus, manifestam habet cognationem, ad inferos placandos istas instituit.

stitutas maxime fuisse epulas, verisimile est, quamvis ad convivium quodvis indicandum deinde adhiberi a quibusdam audias, adeo ut convivias quoscunque *Peijas* nunc *het* aliquando appellare non dubitent.

Unde locorum, qua via & quo tempore populus qui nostram nunc inhabitat Finlandiam, ad has regiones pervenerit? operosioris quidem & difficilioris est indaginis, quam ut accurate pleneque hoc loco explicari queat. Sed ne quid tamen intactum prætermisisse videamur, quod ad res majorum nostrum antiquissimas pertineat cuique vel tantillam nobis liceat affundere lucem, breviter quæ ad hoc argumentum illustrandum hæctenus colligere potuimus, comprehendamus.

Dubium igitur non est, quin antiquissimas, de quibus quidem rescire licet, hæc gens sedes in illis habuerit terris quæ inter Caspium mare & Album illud Balticumque porrectæ, ad Russicum jam imperium pertinent. Non modo vetustissimus Russorum significat Chronographus *NESTOR*, populos, quos ad Fennicum pertinere genus omnes fere consentiunt, regiones Russiæ Europææ atque proximam Asiæ septentrionalis partem olim tenuisse (40), inter quos nominatim recenset *Tschud*, *Mordua*, *Perma*, *Tscheremissos*, &c. & ac *Slavos* illos, Russorum

(40) Apud ill. MÜLLER *Sammlung Russischer Gesch. I Th. I Stück*, f. 3 & 6. Quamvis enim non ii nos simus, qui huic scriptori sæculi XII, de rebus antiquioribus suoque tempore plura secula superioribus, commemoranti, plus auctoritatis tribuamus quam aliis ejusdem ætatis, omnisque omnino ævi auctoribus, fata majorum suorum, traditionibus sæpe incertis, sæpe varie commutatis celebrata narrantibus; haud contemendam tamen penitus putamus, maxime ubi narratio sua aliis idoneis testimoniis non repugnat, vel iis adeo, ut hoc loco, confirmatur.

rum hodie dominantium majores, quos ex Danubii vicinia arcessit, ad terras hæc septentrioni orientique propiores migrantes, veteres incolas vel conciliaſſe ſibi vel ſubje- ciſſe, docet: ſed eadem fere hodieque iisdem occupatæ gen- tibus illarumve reliquiis ſedes, a recentiffimis per has terras peregrinatoribus commemoratæ & diligenter de- ſcriptæ, iſtam traditionem egregie corroborant.

Sic *Tſcheremiſſos*, quos ripas incoluiſſe fluviorum *Occa* & *Volga* idem tradit, eadem fere etiamnum loca, quam- vis partim etiam diſiectos atque ad vicinas terras translatos, habitare, certa conſtat fide. De cujus gentis ſedibus, con- ditione, ſuperſtitione moribusque, licet non uſquequa- que plenam, præclaram tamen & accuratam exhibent notitiam viri clariffimi GERH. FRID. MÜLLER *Saniml. Ruſſi- ſcher Geſchichte* III B. IV St. ſ. 305 ſqq. (cum quo con- ferri poſſunt, ſi placet, quæ ex SCHOBERI *Memorabilium Wol- genſium* Libro II, C. X, Obſ. X. §. I, de *Tartaris Scheremetis* adfert STEPH. SCHULTZ *Anleitungen des Höchſten — auf den Reiſen durch Europa, Aſia und Africa* I Th. Halle 1771, 80 ſ. 313 ſqq.), SIM. PET. PALLAS *Reiſe durch verſchie- dene Provinzen des Ruſſiſchen Reichs*, III Th. ſ. 481 ſqq. JOH. GOTT. GEORGI *Bemerkungen einer Reiſe im Ruſſiſchen Reich*, II B. ſ. 840 — 849, PET. RYTSCHKOWS *Orenburgi- ſche Topographie*, Germanice ed. in ANT. FRID. BÜSCHINGS *Magazin für die Neue Hiſtorie und Geographie* VI Th. ſ. 498, *Beschreibung der Nationen Ruſſlands*, ſ. 28 — 37, JOH. PET. FALKS *Beiträge zur Topographiſchen Kenntniß des Ruſſiſchen Reichs*, II B. ſ. 453, & I B. ſ. 63 — 260 ſqq. paſſim; alios ut præteream, qui obiter de gentis hujus ſedibus moribusque aliquid commemorarunt. Indolem vero faciemque linguæ eorum hodiernam, ex *Gramma- tica Tſcheremitiſchica* Ruſſice conſcripta, aliquatenus diſce-

re licet, quæ Petropoli a. 1775 in lucem prodiit, in forma
 4ta, ubi verborum quoque, ad comparationem cum
 Fennicis instituendam utilis habetur copia; quamvis du-
 bium non sit, quin multo plus adjumenti lucisque huic
 argumento comparaturus sit, si quis Fennicæ etiam lin-
 gæ peritus ad vocabulorum hujusmodi vim colligen-
 dam, utriusque comparandæ consilio, accesserit. Facile
 enim aberrare, atque vel nimis parum vel nimis mul-
 tum linguarum similitudini eum tribuere, qui earum ignarus
 contendere easdem instituit, & res ipsa monet & experi-
 entia didicimus. Quam dubitationem auget diversa val-
 de eadem vocabula scribendi ratio, non apud diversos
 modo auctores, sed apud eosdem nonnunquam obser-
 vanda. Unde tamen, ubi manifesta superest linguarum
 in partibus suis simplicioribus atque maxime necessariis
 cognatio, gentium non est explodenda propinquitas; nec
 obliviscendum, & sermonem & mores in gentibus alio-
 rum variorumque populorum subjectis diu imperio, insig-
 nes non potuisse non mutationes subire; quod gentibus Rus-
 sorum perferentibus dominationem recentioribus tempori-
 bus maxime contigisse, scriptores supra laudati significant. Sed
 ad *Tscheremissos* redeamus. Hujus igitur generis homines,
 qui ipsi sese *Mari* appellant, (a *Vogulis* autem *Pobr* vo-
 cantur), quamvis jam, ac imprimis post susceptos a plu-
 rimis ritus Christianæ Religionis, quales apud Russos in-
 valuerunt, (quo facto facilius etiam cum hoc populo com-
 miscentur), numero valde imminutos, adhuc tamen pro-
 vincias *Nisbgorodensem*, *Casanensem*, *Pensensem*, *Sinbir-*
skensem, *Viatzkensem*, *Permiensem*, & partem Gubernii
Orenburgensis incolere, locaque vicina fluvii *Pjana*,
Moschka (qui in *Okam*, ut hic in *Volgam* cum reliquis
 influit); *Sok*, *Tscheremschan*, *Viätka*, *Kama* & *Volga*,
 (maxime ripam hujus orientalem) habitare, iidem do-
 cent

cent auctores: qui etiam addunt, in pagis eisdem plerumque distinctis vivere, urbium sedes refugere, &c, quod de reliquis etiam, quas mox commemorabimus, cognatis nationibus, fere valet.

Morduani (*Mordvini* appellare alii malunt), per eadem fere illi quoque terras, sc. in provinciis *Nisibnei*, *Novgorodensi*, *Kasanensi*, *Sinbirskensi*, *Viatzkensi*, *Pensensi*, *Riasanensi*, atque etiam *Orenburgensi*, habitant, juxta fluvios *Mokscha*, *Oka*, *Sok*, *Tscheremschan*, *Volga* &c, nec tamen cum *Tscheremissis* &c. confusi. Olim in Gubernio etiam *Moskwensi* prope *Kolomnam* sedes habuisse dicuntur. A *Votjakis*, æque ac *Tschumasci*, communi nomine *Täutu* appellari, traditur. De his plura dant RYTSCHKOW I. c. PALLAS I. Th. p. 51, 68, 116, GEORGI II B. p. 857 sqq, Beschreib. der Nationen Russlands p. 46, FALK I B. p. 57, II B. p. 456; IWAN LEPECHINS Tagebuch der Reise durch verschiedene Provinzen des Russischen Reichs (Germ. Verf. Altenb. 1774, 40) p. 83 — 108; Etc.

Voti vel *Votjacki*, qui se ipsi *Ud-Murt* vel *Ut-Murt*, homines s. populum *Ud* vel *Ut* vocant, *Tscheremissis* autem *Oda* (alii scribunt *Ado*, male, ut putamus), *Vogulis* *Votak*, *Permiis* & *Sirjanis* *Votiack* dicuntur, antiquas fere sedes in provinciis *Casanensi*, *Viatzkensi* & *Orenburgensi* tenent, ac minus quam reliquæ ejusdem generis nationes dispersi, in vicinia fluviorum *Kasanka*, *Kama* superioris, & maxime *Viätka*, habitant. Consuli de hac gente possunt Jo. GE. GMELINS Reise durch Sibirien, a. 1733, d. 15 — 18 Dec. (41), MÜLLER I. c. Rytschkow

(41) Qui de *Tscheremissis* etiam &c. quædam ibidem habet. SCHÖBERI librum cujus supra meminimus, in compendium redactum Germa-

komi l. c. p. 501 sq, PALLAS III Th. q. 475 — 480, FALK II B. p. 457 — 460; Besch. der Naz. Rußlands p. 52; Etc.

Permii, quorum adhuc reliquæ superfunt in provincia *Permensi* (exigua veteris *Permie* parte), utramque inprimis ripam fluvii *Kama*, cum *Tscheremissis*, *Tschuwalschis*, *Wogulis* &c, his tamen non temere commixti, incolentes. Nonnulli etiam septentrioni propiores juxta fluvium *Lusa* (qui *Dwina* miscetur), habitant. Ipsi sese *Komi-Utir* (an *Komi-murt*?) appellare solent; de quibus conferre licet quæ habent GEORGI II B. p. 709 sq. & LEPECHIN Th. III p. 121 — 123; Etc.

Proxima hos cognatione *Sirjani* contingunt, qui cum illis septentrionaliores sedes, in antiqua patria, cum *Permensi* provincia, tum *Archangalensi* gubernio & ditione *Vologdensi*, ad fluvios inprimis *Wytschegda*, *Wym*, *Lusa* & *Udera* (quorum omnium aquas *Dwina* excipit), occupant, sese *Komi* vel *Komi-murt* ipsi appellantes: quorum conditionem describunt MÜLLER l. c. LEPECHIN III Th. p. 146 — 161, FALK II B. p. 462; cfr. etiam Besch. der Naz. Rußlands p. 71; E. YSSERANTSIDES Reise nach China, I Cap. Etc.

Tschuwalschi, utramque ripam *Volga*, ac maxime occidentalem incolentes, arque alia præterea quædam loca in provinciis *Nisbne-Novogrodensi*, *Casaniensi*, *Viätzkensi* & *Ufensi* (Gubern. *Orenburg.*) tenentes, & lingua & moribus ad Tataros multo propius accedunt; ita tamen, ut rationes nec desint ad Fennicum quoque illos genus referre ju-

K 2

ben

nice concinnatum a LUD. AUG. SCHLÖZER, MÜLLERUM edidisse notis quibusdam castigatum, (Samml. Ruß. Gesch. VII B. p. 4 — 152), monere ibidem oblii sumus,

bentes, quamvis victorum imitatione ceteris plus mutatos? (42). *Tschuwafchos* sese ipsi dicunt; a *Tscheremissis* vero *Kurk-Mari* appellantur. Linguæ indolem aliquatenus discere licet ex *Grammatica Tschuwafschica*. Petropoli a. 1769 in 4:o Russice edita. Mores gentis describunt JOH. GE. GMELIN l. c. d. 14 — 17 Octobr. MÜLLER l. c. RYTSCHKOW l. c. p. 503, GEORGI II B. p. 455, LEPECHIN I Th. p. 83 — 108 passim.

Voguli vel *Vogulitschi*, primi sunt incolarum Sibiriae qui ex Europæis Russorum provinciis illam intranti terram sese offerunt, *Tobolskense* inhabitantes Gubernium. Cum ipsius montis Jugoriensis s. Vralensis (qui Sibiriam a Russia Europæa separat) borealiores partes passim occupant, tum radices ejus, maxime quæ occidentem versus porriguntur, tractumque vicinum, juxta fluvios *Tura*, *Tamda*, *Pelym*, *Soswa* &c. tenent. *Mansi* ipsos sese vocare dicunt (43); a Tataris autem vicinis *Vogul*, a Sirjænis *Vagol*, a Russis *Vogulitschi* appellantur. Advenas hos in iis esse locis ubi hodie habitant, credere licet, ex vicina forte *Permia* &c. quondam huc propulso? Agunt de hoc populo MÜLLER l. c. VI B. p. 200 sqq. passim; YSSBRANT IDEŒ l. c. C. 2; PALLAS II Th. p. 219, 257, GEORGI II B. p. 596 — 600; *Beschr. der Naz. Russlands* p. 63 sq. FALK II B. p. 461, LEPECHIN III Th. p. 15 — 22; Etc.

Ostjakorum quidem nomen (a Tatarico *Fschbjäk* quod *peregrinum* vel *barbarum* significat, formatum) non ad u-

nam

(42) Ad Tatarorum genus refert atque a Fennico plane sejungit SCHLÖZER, *Allgem. Nordische Geschichte* C. 2, p. 305, not. x); cit. JOH. EBERH. FISCHERS *Sibirische Geschichte*, Einleit. §. 67, not.

(43) *Wogul* sese ipsos dicere, docet tamen l. c. SCHLÖZER p. 403!

nam aliquam gentem, sed plures & lingua & moribus diversas pertinere, laudati sapius a nobis auctores docent: sed *Obdorienses* tamen, *Beresowienses*, *Surgutenses* (& *Toholksenses*), sive qui in ripa utraque fluvii *Ob* inferioris, ad urbem usque *Surgut* habitant, (addunt alii etiam fluvii *Irtysch* inferioris accolae), ad Fennicam esse stirpem referendas, iidem iudicant; a qua *Narimenses* & *Tomskenfes*, sive *Obio* superiori ab urbe usque *Narim*, & ostiis fluviorum *Ket*, *Tschulym* atque *Tom* vicinos, sermone & genere longe recedere, monent. Prius genus, quod *Chondi-Chui* l. *Kondy-cho*, (hominum de *Chonda*, fl. scilicet?) & *Tju-Kum* (hominum palustrium) sibi nomen indere narrant, etiam illud aliunde ad has terras sese delatum (ex *Permia* forte?), tradere significant; a *Wogulis* autem *Mansi* appellari, (quo iidem nomine sese etiam ipsos ornant), perhibent. Caterum plura de *Ostjakis* commemorant *JOH. BERNH. MÜLLER* (*Leben und Gewohnheiten der Ostjaken*) in *WEBERS veränderte Russland* I Th. p. 169—214, *YSSBRANT IDES* l. c. C. V; *G. FR. MÜLLER* l. c. VI B. p. 161-517 passim; *FISCHER* l. c. §. 73-76; *PALLAS* III Th. p. 38-66; *GEORGI Beschv. der Naz. Russlands* p. 71 199; *Falk* II B. p. 463-467.

Harum igitur omnium gentium sedes, a Caspii prope vicinia maris ad terras Septentrionali Oceano confines, pertinentes, quamvis interrupta hodie passim serie, post tot conversiones rerum turbasque exitiosas porrigantur (44), continuo tamen sese olim ordine excepisse,

L cer-

(44) Quibus opportunitas deest laudatos supra de his gentibus auctores specialiores adeundi, iis vel eximio opere Geographico *Büschingiano* (*Neue Erdbeschv.* P. I, Vol. 1, ubi se. imperium describit Russicum) consulendo cognoscere easdem licet; imprimis si conferre simul placet *AUG. LUDOV. SCHLÖZER*, l. c. §. 16, p. 301-306, aut *Ejusd. Probe*



certum fere videtur (45): quibus porro conjuncta fuisse
cogna-

Rußischer Annalen, II Abtheil. S. 14, p. 101-III. Adderem *Hist. des differents Peuples soumis à la domination des Russes, par Mr. LEVESQUE*, T. I, P. III, p. 361 sqq., eorum in gratiam quibus satis patientiæ suppetit ad intrusas passim philosophicas (si diis placet) sententias auctoris devorandas, si fidere hujusmodi scriptoribus tuto liceret: certe quæ Sect. IX de Fennis habet, (quæque de totius etiam Magni Ducatus Finlandiæ pronuntiare incolis videtur?) talia sunt, ut multum fidei reliquis auctoris vel narrationibus vel judiciis conciliare apta haud sint; cujus offendi calumniis posses, nisi risum potius turpi Galluli inscitiae ridiculaeque temeritati deberi, quam stomachum, mox videres. Servos puto aliquos infelices in Russia, Fennicæ stirpis, viderat, ex quorum conditione mox de moribus ac fortuna totius gentis judicare non dubitavit; miseræ ejus sortis magis etiam motus commiseratione, ubi felicissimum, scilicet, rusticorum in patria sua statum cum fato illorum contenderet!

(45) Quam sit verisimile, interjecta quoque hodie inter harum gentium sedes loca ab iisdem olim fuisse occupata, cum & numerosiores & sui adhuc juris essent, (ante videlicet quam a Mongolis, Tataris, Russis &c. crudeliter affligerentur, dispergerentur ac subjugarentur,) facile quisque videt; quod ex Russicæ Historiæ monumentis, inprimis ubi diligentius collecta editaque consulere aliquando licuerit, docere haud erit difficile. Vel *Permiorum* late quondam patens florensque regnum, quorum vix sparsæ supersunt hodie reliquæ, hanc rem confirmat. Etiam *Baschkiros* ad Fennicum genus pertinuisse existimat FISCHERUS, l. c. §. 69, cujus verba sunt: Von den Baschkiren, ist ohnedem bekandt, daß sie nicht Tatarischen ursprungs, ob sie gleich heut zu tag Tatarisch reden; daher sie auch von ihren nachbaren den Kirgisischen Kasaken (qui Tataricæ stirpis sunt) Uschrak (Ostjaken), d. i. Fremde genannet werden. Und ich zweifle nicht, wenn wir von der alten Baschkirischen Sprache überbleibsel hätten, daß viele Spuren der Heutigen Ungarischen Sprache darinn anzutreffen sein würden, &c., adeo ut victorum linguam, vernacula penitus oppressa (minime inaudito exemplo) adoptasse illos censeat: cfr. SCHLÖZER Probe Ruß. Annal. p. 115. Cui tamen sententiæ probandæ idonea hæcenus desideramus argumenta; licet absurdam haud putemus. Nec a fide abhorret, quasdam generis Fennici partes, populosque adeo, illas inter turbas hostilesque vexationes, prorsus interiisse.

cognati ejus populi domicilia qui olim *Novgorodensem*, *Plescoviensem*, *Petroburgensem*, *Estlandensem*, *Olonezensensem* provincias habitavit (cujusque reliquæ in *Estonibus*, *Ingris*, *Livis* (46) & *Careliis* Ruslico item sceptro subjectis supersunt), æque esse indubium putamus. Situs ipse locorum demonstrare videtur, *Tschudos* illos quibuscum Slavi advenæ conjuncti ortum Novgorodensi dedisse imperio, Russorum Chronographis, veterum nixis traditionum fide dicuntur (47), Fennici fuisse generis. *Estones* certe, indubiam hujus stirpis vicinamque ab una parte propaginem illo inprimis venisse olim nomine, omnes consentiunt (48); *Biarmios*, proximum ab altera parte populum, seculo jam nono opibus industriaque floruisse, in confesso est (49), quos ad hoc genus pertinuisse nemo negat (50); ac satis mature *Carelios* quoque, sive ut in vetustis Norwegorum Islandorumque monumentis &c. audiunt, *Kyrjalos* (51), eadem quæ hodie occupant loca

L 2

tenu-

(46) De hoc populo (cum *Lettis* haud confundendo) ejusve reliquiis cfr. SCHLÖZER in M. *Joh. Jof. Haigolds* (h. e. *Ejusd.* SCHLÖZERI) *Bezl. zum Neuveränd. Rußland*, II Th. p. 345 sqq.

(47) Cfr. MÜLLERS *Samml. Ruß. Gesch.* I B. p. 6 & 10. C. G. ARNDTS *Neues St. Petersburgisches Journal* 1783, I B. p. 162 sq. 166 & 178; II B. p. 75 sq.

(48) Vid. MÜLLER l. c. p. 10, not. (**), & V B. p. 402.

(49) Vid. SNORRII STURLONIDIS *Heims-Kringla* Ed. *Peringshöldii* T. I p. 110, 185, 621 sqq. (Ed. *Schöningii* T. I p. 110, 182; T. II p. 219 sqq.) LANGEBEK *Scriptores Rer. Danicar. Medii Ævi* T. II, p. 109 sq. Cfr. TORFÆI *Hist. Rer. Norwegicar.* P. I, L. III. C. 25, p. 163. sq.

(50) Vid. LANGEBEK l. c. not. (i) & (l), ac quos laudat.

(51) *Kyrjaler* & *Kirjaler* quorum terra vocatur *Kyrjaland* & *Kirjaland* (Cfr. TORFÆUS l. c. P. II, L. I C. 17, p. 32). Ipsi nem-

tenuisse constat: quos quidem post Novgorodensem de-
 mum Civitatem conditam atque opibus invalescentem (a-
 deoque post seculum V aut VI?) ad illas terrarum partes
 penetrasse, nemo puto existimabit. Quæ itaque omnia,
 indicatas nuper a nobis regiones ab hominibus Fennicæ
 profapiæ habitatas olim fuisse, haud obscure produunt.

Lappones tandem, antiquissimos sine dubio septen-
 trionis nostri (etiam Finlandiæ) incolas (52), ad eandem refe-

pe se vocant *Karjalainen* (pl. *Karjalaiset*), terramque suam *Karjala*
 s. *Karjalan* mac. (An a *Karja*, Fenn. *pecus, gregem*, significante?). Hos
 cum Norwegis seculo jam IX prælia fecisse, l. c. tradit *TORFÆUS*, quam
 tuta fide, non dicam; eosdemque (eodem seculo) a Rege Sveorum *Erico*
Emundi filio subactos fuisse narrat in famosa oratione *Thorngnyrus* *Le-*
gifer apud *STURLONIDEM* l. c. T. I p. 485. (Ed. *Schön.* T. II p.
 104).

(52) Cfr. *Diff. de Bircarlis* P. I (quam a. 1786 hic edidit *Dn.*
Franc. Mich. Franzen, 4:0) §. I. *Fennos*, qui hodie dicuntur, (*Suo-*
malaiset), septentrionis nostri esse aborigines, *Lapponesque* eorum esse
 coloniam vel subolem, aut post Fenniam demum nostram a Svecis in-
 vasam a Fennico genere ac stirpe discessisse quamque hodie sectantur
 vitæ rationem adoptasse, absurda prorsus est hypothesis; multisque no-
 minibus monumentis rerum certissimis adversa. Appellationem *Fimno-*
rum, in vetustis Norwagorum Islandorumque monumentis celebratam
 (indeque ad *TACITI* quoque aures propagatam), ei genti quæ *Lap-*
ponum hodie nomine venit (quod posterius nomen seculo XII antiquius
 non esse fatentur,) olim fuisse propriam, omni caret dubio; eamque
 gentem & ita appellat & sedes vitæque sustentandæ rationem luculenter
 seculo nono describit *OTHERUS* (*Peripl.* apud *LANGEBEKIUM* l. c.). *Lap-*
pones totam primitus tenuisse Scandinaviam, probabile est; quod de *Fen-*
nis nostris dici idem haud potest; quin *Fenniam* quoque nostram (imo et-
 jam *Estoniam*, unde iis fere locis collocasse eosdem *TACITUS* videtur,)
 ante hodiernorum incolarum in has regiones adventum eosdem olim per-
 errasse, doceri potest. In *Lapponica* igitur lingua, non autem in *Fen-*
nica, origines nominum peregrini generis quæ locis quibusdam Sveciæ
 adhæserunt, radices item vocabulorum non paucorum Svecicorum quæ
 dialectis Germanicis reliquis ignota sunt, investigare oportet. Nec ego

Latine	Fennice	Estonice	Lapponice	Tschereem.	Morduan.	Wogulice	Wotice	Ostjaki		Permice	Sirjanice	Tschum.	Russice	Tatarice
								infra Be- resow	supra Be- resow					
Fluvius	Joki, <i>Kymi</i>	Joggi, Jökki,	Jokk, ädno	Enger, juger (parvus) witz (magnus)	Wjed	Ja	kam(magnus) Schur (parvus)	Jugan	Sigengalt	Ju	Ju	Adal, sirma	Reka, retschka	Idel (magnus), Sfu (parvus)
Lacus	Järvi	Järw	Jaure, Pluewe	Jer	Erke, jerke	Marävi- tor, tu**	Tyy	Tuvu	Lător	Ty	Ty	Kyl	Ošero	Kul
Terra	Maa	Ma	Ädnam	Rock, melänte, mylande	Moda	Mag	Musjem	Muu	Myg	Mu	Mu	Sir, Sfer	Semlja	Dšcher
Lapis Ferrum	Kivi Rauta	Kivvi Raud	Kedke Route	kju, ky, py? Timerr, Kyrtnä, Kjurno	Kjāw Kjni, ksnje	Achtyſch Ker	Iis Kort	Kévu Karti	Kiw Wog	Is Kört	Is Kört	Tſchob Timer, Kimer	Kamen Scheleſo	Taſch Témir
Homo	Ihminen	Innime, &c.	Almats	Jen, jeng, Dian	Lomän	Elym- chols	Adjami, hadiami, kurt, murt	Cho	Choijet	Murt, Mort	Mort	Sfin, arſin	Tſchelo- viäk	Kſchi
Vir Oculus Auris	Mies Silmä Korwa	Mees Silm Kórw	Älma Tjalme Pelje	Jen, obſkà Schinſä Pillifch	Mirdëm Sſjelmä Pilä	Chum Schem Pel, pall	Kart Sſin, ſchin Pell, pſjel	Cho Sſem Pel	Sſem Pelt	Aika Sinas, ſſin Pélles, pel	Weres Sin, ſchin Pel, Pjel	Sſin, obſkà Kofs, kos Chulcha, gulga	tſcheloviäk Gblas Ucho	Ir Kufs Kulläk
Labium Lingua	Hauli Kieli	Huul, uul Keel	Pangſem Njuok- tjem	Tyrba, tjur- riſchilghi, Filmä	Túrwa Kjel	Pitmi Nelom, nielm	Yndor Kill, kyll	Toryp Nulym	Pellem Nälem	Tyrpieſs Kyl	Vom-dor Kym	Toſä Tſchilgä	Guba Jaſ'ik	Ir Tell
rugurium Arcus Sagitta	Kota, pirti Jourzi Nuoli	nool, kang Nool	Kätats Jouks Sädde, njuol	pört, port† Jonggeſch Pikſch	Kúdas † Jonk † Nall	Kol †, okon Jugyt Nall, njel	Korkàb Wuſch Niél, pu- kaſch	Chat Jugol Njul	Chot Jugol Njul	Kerku Wuſch Njöl, njol	Kérka Wuſch Njow, lyis?	Sfort Uch Symrèn	Iſ'ba Strela Pila	Ju, Dſjurt Dſchaia, ja Ok
Piſcis	Kala	Kalla	Qwele	Kol, Kal	Kal	Chul	Iſchorik	Chull	Chul	Tſcheri	Tſchérik	Póle	Riba	Balik

<i>Latine</i>	<i>Fennice</i>	<i>Estonice</i>	<i>Laponiæ</i>	<i>Tjchevem.</i>	<i>Morduan.</i>	<i>Wogulice</i>	<i>Wotice.</i>	<i>infra Be- resow</i>	<i>supra Be- resow</i>	<i>Permice</i>	<i>Sirjanice</i>	<i>Tschum.</i>	<i>Ruffice</i>	<i>Tatarice</i>
Unus	Yxi	Yx	Akt	Iktat	Weigke	Åku, <i>aku</i>	Odikk, o- key	It	Yhoi	Ótik	Ótik, o- tin	Per, <i>bár</i>	Odinn	Bárr
Duo	Kaxi	Kax	Qwekte	Kocktat	Kaffita	Kytti, <i>ki- teg</i>	Kikk, <i>kyk, kye</i>	Kat	Kathoi	Kyk	Kyk	Ike	Dwa	Ika
Tres	Kolme	Kolm	Kolm	Kunamut	Kolma	Chorum	kwin, <i>pin?</i>	Cholym	kulumhoi	<i>Kuim</i>	<i>Kuim</i>	wife, <i>wyffe</i>	Tri	Ufs
Quatuor	Neljä	Nelli	Nelje	nilit, <i>nillet</i>	Nille	Nilá, <i>nille</i>	Nill	Nell	Nithoi	<i>Njol</i>	<i>Njol</i>	Dwatta	Tschetire	Döt
Quinque	Wiifi	Wiis	Wit	wifit, <i>wys- set</i>	Wiette	Att	Wit	Wet	Wethoi	<i>Wit</i>	<i>Wit</i>	Pillek, <i>bil- lek</i>	Pjät	Besch
Sex	Kuufi	Kuus	Kut, kot	Kudut, <i>ku- dat</i>	Kota	Chot	Kutt, <i>km- at, pat?</i>	Chot	Hothoi	<i>Kwat</i>	<i>Kwait</i>	Olta, <i>alta</i>	Scheft	Alta
Septem	Seitze- mán	Seitse	Kjetja	Schimit, <i>Schimmel</i>	Ssifim	Statt	Sifim	Tabyt?	Tabethoi	<i>Sifim</i>	<i>Sifim</i>	Sitche	Semm	Dschide
Octo	kahdexan	Kahdexe	Kaktse	Kanda- fche	Kauxa	Njulolau, <i>nöllou</i>	Kiamifs, <i>kikjamas,</i>	Niil	Nilehoi	<i>Kókjam- mas</i>	<i>Kakja- mas, kak- jomin</i>	Sakar, <i>saggar</i>	Wofem	Segus
Novem	Yhdexán	Yhhexa	Akte, <i>ák- se</i>	Inde- fchen	Weixa	Ondolau	Ukmys	Ertjang	Orjonhoi	<i>Pkmysf</i>	<i>Ókmysf</i>	Tuhurr, <i>Tychor</i>	Djewjät	Togus
Decem	Kymme- Sata (nen)	Kymme- Sadda	Lokke Tjuote	Lu Sjudu, <i>Schyde</i>	Kymen Ssjada	Lu Schott- fchät	Dafs, <i>dofs</i> Sju, <i>Sfu</i>	Jang Siat	Jonhoi Sothoi	<i>Dafs</i> <i>Tschwa</i>	<i>Dafs</i> <i>Schjo</i>	Wonna Schurr, <i>Sfyr</i>	Djeset Sto	On Dsjus
Mille	Tuhanen	Tuhhat		Tufchern <i>Tyschern</i>	Tofchen	fchodara, fchotr	Sjurfs, <i>furfs</i>	Tfchoros	Tfchju- rus		Schjurfs	Pin, <i>Pyn</i>	Tifetzæ	Myn
Deus	Jumala	Jummal	Jubmel	Juma	<i>Pafs</i>	Torom	Inmar, Jumar	Torom	Turum	<i>Jen</i>	<i>Jen, En</i>	Tora, tor	Bogh	Tará, Gu- dai
Coelum	Taiwas	Taevas	Alme	<i>Pilpomm</i>	Menil	Numi	<i>Tschinkit</i>	Num	Turum	<i>Kymar, kumar</i>	<i>Jen-Efcb</i>	<i>Pyl, pyllyt</i>	Njebo	Kuk
Nubes	Pilwi	Pilw	Palw	pill, <i>pullun</i>	Pjel	Tull, <i>pal</i>	Pielem, <i>pillém</i>	Pelyng	Pillem	<i>Kymar</i>	<i>Kymar</i>	Pjult-plott <i>pyllyt</i>	Oblock	Awadah
Ventus	Tuuli	Tuul	Piägg	<i>Mardesch</i>	Warmäh	Wot	Tell, <i>tillö</i>	Wat	Wot	<i>Tyl, töl</i>	<i>Töl, tol</i>	Sull, <i>Sill</i>	Weterr	Dschil
Nix	Lumi	Lummi	Muot, Lobme	Lum	Lo	Tuit	Lymy	Lois	Ltoitsch	<i>Lym</i>	<i>Ljym, lou</i>	Jorr	Snegh	Kar
Sol	Auringo, Päivä	Päiw, Pääw	Peiwe	<i>Ketsche,</i> Ketscha	Ko, <i>Schi- bafs</i>	Chodel	<i>Schundi</i>	Chat'l	Chottel	<i>Schonde</i>	<i>Schondi</i>	<i>Cbwel,</i> <i>schwel</i>	Solntza	Kujafch
Luna	Kuu	Ku	Mano, ask	Tilfa, Ta- fia	Tilfsche, ko	Jungop	Toles	Tyls	Tylesch	<i>Töllis</i>	<i>Tyllis</i>	fich, <i>oiich,</i> <i>ujech</i>	Luna, me- setz	Ai
Ignis	Tuli	Tulli	Täll	Tull, <i>tut?</i>	Tol	Ulä, <i>taut</i>	Tull, <i>Tyll</i>	Tut	Tyt	<i>Bi *</i>	<i>Bi</i>	Vutt, vott <i>vod</i>	Oghonn'	Ot
Aqua	Wefi	Weffi	Tjatse	Wjut, <i>vyd,</i> <i>Vyt, wiuch</i>	Wjed	Wity, <i>uti</i>	Wu	Eng	Jyng	<i>Wa</i>	<i>Wa</i>	Schiff, <i>Schima</i>	Woda	Sfu

referendos esse *Sirpen*, linguae suae cum reliquis a nobis commemoratis comparatio arguit: qua instituenda interdum reperimus ad aliarum commemoratarum a nobis nuper gentium idiomata, quam ad Fennicum, propius Lapponum vocabula & loquendi morem accedere (53); unde hos itaque propiori quadam nostros Fennos, quam alias ejusdem generis nationes, cognatione haud contingere, contra quam multi pronuntiarunt viri eruditi, luculenter apparet.

De quarum omnium nationum hac quam linguarum similitudo indicat affinitate, ut quadantenus existimare queant etiam quibus opportunitas deest auctores consulendi quos laudavimus, quique commodam diligentius hujus rei judicium exercendi materiam praebent, tabellam adposuimus, speciminis loco quorundam vocabulorum simpliciorum ususque perpetui comparationem exhibentem, iisdem verbis Russice etiam atque Tatarice adjectis, ut quantum ex harum gentium linguis illae, de quibus nobis quaestio est, vel abeant, vel ad has accedant, videre simul liceat (54). Cumque *Ungrorum* praeterea

L 3 gen-

quidem dubito, ubi cognationem inter vocabula Svecica & Fennica intercedere manifestam video, quorum vestigia in Lapponica (aliisque cognatis Fennici generis) nulla reperio, eadem Fennos potius ex Svecis quam hos ex illis mutuasse, pronuntiare.

(53) Sic *Auris* Fennis *Korva*, ac Estonicis *Kõrw* dicitur, Lapponibus vero *Pelje*, Tscheremissis *Pillisch*, Mordwanis *Pilä*, Wogulis *Pel*, Wotis *Pell*, Ostjakis *Pel* & *Pelt*, Permis *Pelles* l. *Pel*, Syrjænis *Pel* l. *Pjel*, adde Ungris *fül*: Lappones & Ungri numero utuntur *Duali*, quem Fenni ignorant, &c.

(54) Fundamenti loco indiculum adhibuimus a Celeb. PALLAS l. c. T. III p. 57 exhibitum, linguarum *Ostjakis*, *Wogulis* & *Mordwanis* usitatarum; cum quo Vocabularia contulimus Grammaticis Linguarum *Tsche-*

gentem ex hac eadem natam esse stirpe, viri docti docue-

renitschicæ, *Tschuwafschicæ* (vid. supra p. 72 sq. & p. 76) & *Woticæ* (cujus facere oblitus supra sumus mentionem, quæque edita item fuit Russice, Petrop, 1775, 4:o) adjecta, ac indicem a MÜLLERO traditum (l. c. T. III. p. 382 sqq.) linguarum *Tscherem. Tschuwafsch. Wot. Mordwan. Permice, Sirjencicæ & Tataricæ*, nec non quem habet SCHLÖZER (l. c. p. 308 sqq.) linguarum *Wogulicæ & Ostjacorū Kondensum* fluvio Irtysch vicinorum, e *Fischeri* Vocabulario Polyglotto (quod possidet R. Institutum Historicum Gotting.) mutuatum, coll. ipsius FISCHERI libro supra laudato, Einl. p. 162 sqq. it. indice quem dedit FALK l. c. T. II. p. 467 sqq. Quos fontes indicavimus, ut quibus volupe fuerit rem ulterius persequi, videant unde abundantius liceat haurire.

Fateri tamen simul oportet, quod etiam supra significavimus, neque ex hujusmodi indicibus solis linguarum & collectoribus & collatoribus cæterum plane ignotarum, aut certe parum cognitarum, satis ubique tutum aut locuples de earum cognatione iudicium fieri posse, neque magnam illam Orthographiæ in verbis scribendis populorum qui literarum ipsi usu destituuntur (quorumque hinc sonos alii aliter & percipiunt & signandos, suo quisque more, putant) varietatem atque ambiguitatem permittere ut eadem semper fructuose inter se contendantur. Quamobrem multum utique dubitationis ac obscuritatis adhuc restat; eoque plus, quod Dialectorum quoque varietas, quam in rudibus hujusmodi linguis haud parvam esse & res ipsa monet, & aperte scriptores testantur (cfr. MÜLLER l. c. III. B. p. 329 sqq.), non potuit non lacunas fallaces parere, ac diversis vocabulorum collectoribus diversis sæpe locis in sermonem incolarum (ejusdem cæterum nationis) inquirentibus, varia, neque semper consilio quærentium idonea, earundem rerum offerre nomina. A vitiis præterea seriptionis & sphalmatibus typographicis, in tali argumento vehementer molestis, istos indices haud esse immunes, facile quisque existimaverit; qualibus laudatum illud Vocabularium *Fischerianum* (de quo vid. SCHLÖZER l. c. p. 292 (B), &c.) quantum quidem ad linguam attinet Fennicam, haud paucis laborare vidimus, cum Gottingæ versantibus copiam illud inspiciendi Celeb. GATTERER nobis indulgeret. Cujus generis quædam in Tabella quoque nostra occurrere exempla putamus, quæ nos quidem fideliter ex auctoribus nostris expressimus; v. g. quod *Woljacks* tria *Pin*, & sex *Pat* dici (quod alii *Kwin* & *Kwat* scribunt, reliquis linguis cognatis adstipulantibus) legitur apud Dn. FALK l. c. qui idem *Tscheremissos* lapidem *py* ap-



cuertint (55); eadem verba Ungrice expressa, ad hujus quoque causæ arbitrium commodius reddendum subjecimus; quem indicem *Samojedica* tandem eorundem vocabulorum interpretatione auximus, confirmandæ viro- rum eruditorum sententiæ idonea, qui nullam omnino huic genti cum *Fennico* genere intercedere cognationem, me-

pellare auctor est, pro quo alii *ky* habent, linguis cognatis convenientius, cujusmodi orthographiæ singularis alia quoque exempla apud eundem offendas. Sic *Deum* Wotis dici *Sumar* alii docent, alii *Innar*, invitis hoc quidem linguis cognatis; Wogulis *nubem* alii *tall* aiii *pul* efferri, hoc quidem analogiæ reliquarum linguarum congruentius; iisdem Wogulis *tugurium kol*, quod eadem ducti ratione *kol* scribendum fuisse suspicamur, Etc. Aliquibus talibus causis varietas quoque est tribuenda, inter verba *Wogulica* quæ ex indice *Fischeriano* affert l. c. p. 308 sqq. SCHLÖZER, & quæ in Tabella nostra comparent, (ex aliis laudatis nuper fontibus hausta) conspicienda; ita apud illum *Kurom* 3, *Ontellou* 9, *Lou* 10, *Numna* cælum, *Kotol* sol, *Jonkup* luna, *Ma* terra, *Achtosch* lapis, *Kum* homo, *Kümen* vir, *Scham* oculus, *Pitim* labium, *Kwal* hypocauftum, *Jant* arcus, &c efferuntur. E quo exemplo de toto hoc genere judicare, facile est; eique consilio adjuvando ut tabella etiam inserviret nostra, studuimus, in qua linguæ Fennicæ perito quædam erunt obvia ejus ignaris vix percipienda; ex. g. *Bi* Permiorum & Syrjænorum convenire cum Fennico *Pii*, *filex* qui igni excutiendo inservit, *Tu* Wogulorum, *Ty* Wotjakorum & Permaiorum, affine videri Fennico *Suo* (palus) & Ungrico *Tó* piscina, eodem modo ac *Szel* Ungrorum cum nostro *Tuli*, &c.

(55) Cfr. SAINOVICZ *Demonstratio Idioma Ungarorum Et Lappo- num idem esse* (Hafn. 1770, 4:0) & quos ille citat Auctores. Rectissime autem monuit Dn. SCHLÖZER (l. c. p. 306, not. 21) verba *idem esse* admodum hyperbolice a *Sainoviczio* adhiberi, pro *cognatione conjungi*; nihil enim aliud demonstrare voluisse videtur. Negari vero nequit, magis cum *Lapponum* lingua (ac forte etiam, quod SCHLÖZERO placet, *Vogulorum*, nobis quidem minus adhuc quam vellemus cognita) quam cum *Fennorum* nostrorum convenire videri; nec dubito, quin orthographia harum linguarum diligentius constituta & collata, atque casuum præterea doctrina apud Ungros ad eandem normam quam Fennicæ perspicacissime constituit in Grammatica sua VHAELIUS exacta, mutuo hinc fructu linguæ augeri queant.

merito judicarunt (56), quæque igitur, ne perpetuis hæc dis-

(56) Vid. SCHLÖZER l. c. p. 295 fqq' & LINDHEIM *de diversa origine Finlandorum & Lapponum*, in *Nov. Act. R. Societ. Scientiar. Upsal.* Vol. II p. 32. fqq. Cfr. PALLAS l. c. T. III, p. 67 fq.; qui etiam observat, forma faciei ad *Tunguos* propius quam ad *Fennos* accedere. Index vero Vocabulorum, quem subungere placuit, talis est:

<i>Lat.</i>	<i>Ungr.</i>	<i>Samojed.</i>
1	Edgy (leg. <i>Edsch</i> , & f. p.)	Op.
2	Kettö	Side.
3	Három	Njar.
4	Negy	Tofs, tet.
5	ött	Samljak.
6	Hat	Mat.
7	Hét	Sju.
8	Nyoltz	Sindet.
9	Kilentz	Chafowoju, Chabeju,
10	Tiz	Ju, luzēju.
100	Szaz	Luze jur.
1000	Ezer	Ju jur, U jur.
Deus	Isten	Chaj.
Cælum	Eg, (Mennyet)	Num.
Nubes	Felyhő	Tur, Tir.
Ventus	Szel	Merze.
Nix	Hó	Jumtsche, Chat,
Sol	Nap	Chajer, Cha-cr,
Luna	Hóld	Jalomda.
Ignis	Tûz	Tu.
Aqua	Viz	Gii.
Fluvius	Folyo - viz	<i>Jaga.</i>
Lacus	Tó (proprie <i>piscina</i>)	To.

disputatio turbis permisceatur, huic generi porro intru-
di haud debet.

M Se-

Lat.	Ungr.	Samojed.
Terra	Föld, Mezo <i>campus</i> (Fennis <i>Met- zã filva</i>)	Ja.
Lapis	Kö	Paj.
Ferrum	Vas	Jeze.
Homo	Ember	Luze.
Vir	Fér	Vajzoka.
Oculus	Szem	Sajva.
Auris	Fül	Cha, Chavon.
Labium	Ajak	Tipte, njauvar.
Lingua	Nyelv; unde <i>Nyalom lambo</i> , <i>Nyelem glutio</i> (Fennis <i>Nuo- ten & Nielen</i>)	Neme, Njame.
Tugurium	Sátora, Haz <i>domus</i> .	Met, Mjat, <i>domus</i> .
Arcus	Jy	Inn.
Sagitta	Nyil	Munk.
Piscis	Hal	<i>Chale</i> , Cha-lja,

Verba *Samojedica* ex Indice sumimus quem inter alias quasdam sche-
das *Lindhemianas* acquisitum Bibliotheca nostra Academica asservat,
quemque ex eodem profluxisse fonte, unde suum Cel. SCHLÖZER hausit,
(vid. Ej. *Allg. Nord. Gesch.* p. 292 sq), non dubitamus; cfr. LINDHEIM l.
c. p. 34 sq. & *Hist. nostram Bibliothecæ Acad. Aboënsis* p. 196. Pauca illa
hujus linguæ vocabula, quæ cum idiomate Fennici generis nationum, in ta-
bella nostra commemoratarum, quarundam conveniunt, per viciniam aut
ab his ad Samojedos, aut a Samojedis ad has transisse, existimanda sunt;
ut *Num* cælum, quod cum *Wogulis* & *Ostjakis* quibusdam commune ha-
bent, *Merze* ventus, *Tscheremissorum* *Mardeseb* affine, item *Tu* ignis,
Jaga fluvius, *To* lacus, *Chale* piscis; quorum aliqua casui etiam simili-
tudinem hanc debere, ut *Siu*, septem, cum *Svecico* ejusdem numeri no-
mine, credi potest. Fennicæ autem nostræ cum nonnullis linguarum saepe
dictarum major evicta jam est similitudo, quam ut cognationem earum in-
signem quam viri celeberrimi laudarunt, suspectam habere cum Cl.

Sedes igitur hominum Fennici generis prisca ubi-
nam locorum investigare oporteat, ex dictis iudicium
haud difficulter fieri posse persuasi (57), porro censemus
Lappones quidem, pastoriciæ constanter vitæ deditos, an-
tiquissimis jam temporibus a communi stirpe divulsos
ad septentrionem tetendisse; reliquas vero ejusdem colo-
nias, agriculturæ interim arte partim auctas, sive nume-
ro hominum semper crescente, sive injuriis vicinorum
(fer-

THUNMANNO liceat. Cfr. *EjUSD.* *Unters. über die Alte Gesch. einiger Nordischen Völker*, p. 199 sq.

(57) Non igitur commentum modo *Rudbeckianum*, de gentis Fenni-
cæ ex decem tribubus Israëliticis in exilium Assyriacum abductis origine,
merito explodimus, ut hypothesein idoneis omnino desitutam fundamen-
tis; sed neque Celeb. SCHÖNINGII adstipulari sententiæ possumus, qui
prima vestigia hominum generis Fennici in hodierna Wolhynia & Ukraina
Historiarum scrutatori occurrere, pronunciat, deinde in Mazovia & septen-
trionalibus Lithuaniae partibus deprehendi, &c. *Om de Norstes oprin-
delse* C. VI, §. 11 & 12; *Norges Kiiges Hist.* C. II, §. 27. Nimis a ve-
ris suis sedibus hæc hypotheseis majores Fennorum removet: qua deinde
vir doctissimus abutitur ad duas alias non minus falsas opiniones stabilien-
das, nempe Fennos (*Lappones*) non posse antiquissimos esse septentrionis no-
stri incolas; ac eosdem, quamprimum sedes suas ad septentrionem admo-
verent, aut non multo post, a Norwegis fuisse subactos ac tributarios factos,
Quæ posterior assertio, ita generaliter ac rotunde proposita, quam vehe-
menter etiam a specie veritatis abhorreat, in oculos mox cuique incurrit,
a studio partium non abrepto. *Lappones* enim temporibus nato Christo
anterioribus septentrionem jam adiisse, certum haberi debet; atque vel
ex fama eorum ad TACITUM perita (hos enim Fennorum nomine signi-
ficat), colligere licet. Quo tempore oræ etiam sinus Fennici australiori
vicinas tenuisse adhuc terras videntur; unde parti *Estoniæ*, seculo post na-
tum Christum XIII appellatio *Lappegunda* (h. e. ditio s. regio *Lapponum*)
etiannum adhæsit; Cfr. *Disp. Dni FRANZÉN supra citat.* p. 2 sqq not. (b)
(c) (d) (e). Ultra fluvium vero Uloënssem Norwegos potentiam suam ex-
tendisse, ne ipse quidem SCHÖNINGIUS, ut patet ex aliis locis, docere co-
nator. Cfr. *EjUSD.* *Sorsög til de Nordiske Landes, særdeles Norges, gamle
Geographie*, §. 28 &c.

(feraci motuum & turbarum regione Mongolorum, Tatarorum &c. haud procul sita) sollicitantibus, sensim fuisse secutos. In Finlandiam autem duplici via majores nostros venisse, Lapponesque inde paulatim submovisse, probabile est. Primum quidem littora sinus Fennici secuti videntur, dumque alia pars australius illud Estoniæ infederet, quin alia secundum borealius Fenniæ, sedes suas explicaret, vix dubitare licet: quæ deinde colonia, longius sensim provecta, totam denique Finlandiæ oram hanc maritimam occupavit, Lapponibus ad interiores provincias rejectis. Proxima Finlandensis populi cum Estonico affinitas, qui ejusdem linguæ dialectis modo diversis utuntur, (quosque interjecti Ingri, intimum sinus recessum accolentes, utrosque contingant, linguæ etiam cognatione proxime utrisque conjuncti), situs locorum, quamque ille hominibus ex orientalibus partibus, unde stirpem communis generis propagatam esse docuimus, advenientibus offert sese secundum littus utrumque quasi diffindendi, opportunitas, hanc firmat opinionem. Necessè itaque haud putamus, majores nostros ex Estonia demum omnes huc arcessere; quam sententiam tuendam ornandamque l. c. suscepit Nobil. LINDHEIM: licet quosdam subinde trajecisse a fide non abhorreat, perpetuumque inter litoris utriusque incolas commercium intercessisse utique constet. Deinde ex *Olonese* provincia ac veteris Permiæ vicinia Carelios in Savolaxiam penetrasse, submotisque itidem Lapponibus, (qui a Tavastis, maritimæ illius ac antiquioris coloniæ propagine, ab alia parte pressi, magis magisque ad septentrionem sese conferre omnes sensim coacti sunt), ea loca occupasse, dubio caret: quamobrem hodieque in binas quasi nationes, & dialecto & moribus notabiliter distinctas, gentis licet ejusdem, Finlandiæ nostræ incolas dispescere licet; ad qua-

rum aliam Fenni Nylandiam, Finlandiam proprie dictam, Satacundiam, Tavastiam, Ostrobotniæ plurimam partem inhabitantes, ad aliam vero Carelii, Savones, ditionum Rautalambensis, & Cajaneburgensis in Ostrobotnia, cultores pertinent. Eaque res causam simul indicat, cur diu post habitatam jam a Fennis nostris australiorem maritimæ hujus oræ partem, & Savolaxiam etiam meridionalem a majoribus hodiernorum incolarum occupatam, Lappones tamen regionem interjectam ac septentrionales Finlandiæ partes pererraverint: quod testimoniis monumentisque idoneis infra demonstrabitur:

Tempus quidem harum migrationum a majoribus nostris ad hæc loca factarum, accurate definire, in summa monumentorum quæ res adeo vetustas illustrent inopia, haud licet; (eamque difficultatem auget ambiguitas appellationis *Fennorum* vel *Finnorum*, quam ad Lappones olim solos pertinentem ad nostros majores temere non esse ubique trahendam, sæpius monuimus): sed ante seculum tamen post Christum natum III aut IV longinquas atque distitas has regiones vix adiisse, credas. Cum revocamus in mentem, agriculturæ quandam peritiam secum huc adduxisse videri, ac terram tamen nostram tempore invasionis Svecicæ, ac diu etiam postea, parum adeo habitatam exultamque fuisse, ut in superioribus provinciis Lappones vitam consuetam ducere tranquille potuerint; documento hæc esse videntur, Fennos nostros longa tum harum terrarum possessione gavisos nondum fuisse. Ne hodiernos *Estones* suæ provinciæ multo antiquiores esse incolas, putamus. Nomen enim *Ostieorum* atque *Æstiorum* quod longe antiquius sit, id nihil quidem ad hanc rem momenti affert; *Orientalis* nempe illas terras earumque populum, cujuscunque ille cæterum gentis fuerit, a Germanis

manis potuisse recte appellari, quis neget? Ut etiam nostram Finlandiam in antiquioribus Svecorum monumentis *Osterland, terram orientalem*, solenni nomine dici, ac Legiferum Finlandiæ Ragman i Osterland audire, res est notissima; additis interdum, ad appellationis ambiguitatem evitandam, verbis: *Aboes Biscopsdömes*, vel i *Abö Biscopsdöme (terra orientalis, Svecorum sc. imperio subiecta, Aboënsis Diæcesos)* (58).

Sui juris fuisse Fennos, tempore quo Regis ERICI armis infestarentur, necdum peregrino aduetos imperio, valde est verisimile. *Norwegorum* potestati unquam Finlandiam nostram paruisse, commentum est ab omni veritatis specie abhorrens. *Ruffis* fuisse subjectam, antequam sub Svecorum ditionem caderet, asserit nugator qui *Chronicon Finlandiæ* confarcinavit, *Bibliotheca Nettelbladtianæ* insertum (59), more suo nullas asserti adducens rationes; cui concinere MESSENIUS in *Chronico Rhythmico Finlandensi* videtur (60), ex æque lutulentis ille quoque puteis hauriens: quorum virosum opinio, in quantum tamen de *Coreliis*, proximas Russiæ finibus regiones inhabitantibus valeat, infra videbimus. Svecorum autem imperio plurimam Finlandiæ partem multis jam ante R. ERICI Sancti expeditionem seculis fuisse subditam, ma-

M 3 gis

(58) Cum de *Estorum* terra sedibusque loquentes, sinus Fennici accolæ, ut hodieque sunt, fuisse diximus; non tamen negamus, latius eos olim fines suos extendisse, atque ad Curlandiam (& Prussiam?) usque progressos fuisse, quod viri docti movent. Cfr. THUNMANN l. c. p. 8, 17-25, & 195.

(59) P. 97.

(60) Aboæ 1774 ed. p. 13. Quid de auctoritate MESSENI, cum de rebus antiquis scribens testes nullos assertorum suorum excitat, censendum sit, abunde docuit, magno Patriæ damno Historiæ creptus nuper rebus humanis Ill. LAGERBRING.

gis idonei auctores, non contemnendis nixi argumentis, contendunt (61); causam etiam justam arma contra Fenos movendi, recuperandi nempe imperii temere abjecti, hinc Regi præbentes. Provocant ad auctoritatem maxime STURLONIDIS, apud quem *Thorignyus*, Legifer Tiundiæ, in famosa oratione quam in Comitibus Upsaliensibus tempore Regis OLAI *Skotkonung* eundem habuisse tradit, inter alia pronuntiat: *Avus meus paternus Thorignyus, Erici meminisse potuit Upsaliarum Regis, Emundi filii, quem narravit viridi ætate florentem, expeditis quavis æstate armis & copiis, varias adiisse regiones, suoque imperio subjecisse (oc lagdi undir sic) Finlandiam, Kyriariam, Estoniam atque Curlandiam, nec non plures late ad orientem sitas regiones, ubi etiamnum cernere licet congestos ex cespite aggeres aliaque fortiter ibi & præclare adeo gestarum rerum monumenta* (62). Qui memorabilis sine dubio locus est, atque Regem illum insignes utique res in regionibus orientali huic maris Baltici littori adjacentibus gessisse, demonstrat. Verbis tamen ipsis attente consideratis, non tam imperio suo dictas omnes regiones subjecisse, aut animo ditionem suam dilatandi expugnasse, quam incursionibus frequentibus piraticisque expeditionibus littora vexasse, prædasque inde, veterum more Vikingorum egisse, docere *Thorignyus*, nobis quidem videtur. Quare eum *quavis æstate* tales fecisse expeditiones dicit (*at hann hafdi bvert sumar Leidangr uti*); neque facile, puto, quisquam existimabit, iis temporibus copias Svecorum tumultuariis hujusmodi bellis altius

(61) VON DALIN l. c. I D. 18 C. 21 §. p. 570. LAGERBRING l. c. I D. 5 C. 16 §.

(62) Vid. *Heims-Kringla* T. II, C. 81. Ed. Schöning. (T. I p. 485. Ed. Peringsk.)

tus in omnes istas terras, silvis densis atque asperis ob-
 fitas penetrare (63), multo minus eas subjugare stabili-
 que coërcere imperio valuisse; unde toties in easdem
 similes expeditiones fuisse susceptas, legimus. Ac *Estoni-
 ca, Curlandica Prussicaque* littora maturius sæpiusque ab
 iis infestata esse, quam nostra hæc Fennica videntur;
 quod culta magis ditioraque essent. Certe TACITUS jam
 de *Æsthyorum gentibus* commemorat, *Frumenta cæterosque
 fructus eas patientius, quam pro solita Germanorum iner-
 tia, laborare* (64); quo tempore idem de nostræ incolis
 oræ dici potuisse, nemo credo contendet. Ac WULFSTA-
 NUS etiam, seculo IX, Regi AELFREDO *Estlandiam* (Ter-
 ram Orientalem, h. e. eandem quam laudavimus Prus-
 siæ, Curlandiæ &c oram) describit ut opulentam & flo-
 rentem (65). Mercaturam præterea magnam ac quæ-
 stuo-

(63) Si opportunitatem fluminum quorundam intrandorum excipias,
 difficillime penetrare iis seculis in Finlandiam, ætivo maxime tempore li-
 cuisse, facile patet; unde non nisi lente successisse interiorum provincia-
 rum occupationem, etiam eum constantiori postea consilio tentaretur, no-
 vimus. Insulas autem quasdam littori objectas Fennico, quas ante devi-
 çam a R. *Erico* Sancto continentem ad Svecos jam pertinuisse a vero non
 abhorret, per occasionem talium expeditionum navalium occupatas fuisse
 Svecisque colonis tenendas traditas, haud inficiamus; *Alandiam* inpr-
 mis, Svecis ante religionem Christianam jam paruisse, vel ex tumulis se-
 pulchralibus (*Hittedgar*) in hac insula obviis probabile fit, quales nec in
 cæteris insulis nostris nec in ora maritima cernuntur. Magnis tamen te-
 nebris has res esse obteçtas, fateri cogimur.

(64) *De Mor. Germ.* C. 45. Majorem hunc cultum divitiasque insi-
 gniores horum populorum, ex mercatu *Electri*, ei jus quærendi causa vete-
 res jam Phœnicios illas navibus adiisse oras Cel. SCHLÖZER putat, quod-
 que tanta cupiditate Græci ac postea maxime Romani coëmerunt, deri-
 vare quis possit. Cfr. SCHLÖZERS *Skrift til en allm. Hist. om Handel
 och Sjöfart uti the Ålfta tider*, §. 144; *Ejusd. Allg. Nordische Gesch.
 Vorläufige Abh. Abschn. I*, §. 2:27.

(65) Vid. LANGEBEK l. c. T. II, p. 118-123. Apud STURLONI-
 EM igitur vestigia occurrunt expeditionum in *Estlandiam*, (has puto Prus-

stuosam cum proximis Ruffiæ regionibus satis mature a Wisbyensibus &c. factitatum fuisse, cum constet; materiam cupiditati classium piraticarum uberio rem hinc fuisse enatam, consiliaque ducum ad illas terrarum partes aggre diendas versa, probabile est: ut narrationes veterum, de Regum *Holmgardicorum* cum Sveonibus & foederibus & certaminibus præteream, quas diligentius examinare, atque cum iis quæ de communibus *Warægorum* & *Rusforum* vetustorum rebus commemorat NESTOR compara re, instituti ratio non permittit: de quibus, præter mul tos alios, cfr. THUNMANN über die Gesch. der Ostl. Europ. Völker, I Th. p. 381-390. Regis vero *Iwari Widfadme* celebratum in *Estlandiam* atque *Curlandiam* &c. imperium, non alius fuisse generis quam postea *Styrhiörni* multo rumque aliorum ducum, classibus suis mare Balticum ac colasque ejus infestantium ac terrentium, credimus, quibus R. denique *Erici* Victoriosi potentiam addimus, quam extollens *Chronicon Rhythmicum minus* (testis de ve tustis his rebus non certissimus), dicit eum *Estlandiam*, *Livoniam*, *Curlandiam* & *Finlandiam* non modo armis victricibus subjugasse, sed etiam deinde per totam vitam suam nutu ac ditione gubernasse (*Ed. Hadorph. p. 8*). *Thorgnyrus* quidem l. c. nihil aliud docet nisi auxisse *Sveo num imperium*, (quibus provinciis? nam & Daniam sub egisse, alii scriptores tradunt, non addit), ac strenue de fendisse (*jök han viki Svía, enn vardi bardfengliga*). Ob scura igitur hæc atque parum certa, quæ de Finlandia vicinisque regionibus, illis jam seculis a Svionibus tri butatariis factis imperiove suo adjunctis, circumferun tur

Sicas, *Curlandicas*, *Livonicas*, aut etiam Rufficas oras), a Svionibus susceptarum jam seculo circiter VII; cfr. *Ingl. Saga C. 36*, de expeditione R. *Ingwari* Harra; quam ad Wolgæ usque viciniam &c. extendere, nimis videtur nobis portentosum.



tur (66), missa facientes, ad recentiores certioresque epochas Fennix a Svecis devictæ subjectæque considerandas persequendasque porro progredimur.

(c) De *Religione Fennorum Pagana* fusè agunt PET. BÅNG *Priscor. Sveo-Gothorum Eccles. s. Hist. Eccles. L. VI, C. VI & VII*, GABR. ARCTOPOLITANUS *Diff. de Orig. & Religione Fennorum* (Ups. Præs. FAB. TÖRNER 1728, 4:o) C. II, & CHRIST. LENCQUIT *Diff. de Superstitione Veterum Fennorum* (hic Aboæ 1782, 4:o editæ) P. I & II; quibuscum cfr. WEXIONIUS *Epit. Descr. Sveciæ, Gothiæ, Fennigæ &c. L. X, C. 2*. Fundus vero, cui plerique innituntur, est MICH. AGRICOLÆ *Carmen* quod versioni Fennicæ Pfalterii Davidici, Stockh. 1551 in 4:o editæ, Præfationis loco præmisit, unde BÅNGIUS & ARCTOPOLITANUS l. l. c. c. verba quæ huc præcipue faciunt repeterunt. Cfr. etiam *Tidn. utgifsne af et Sällskap i Abo, 1778, p. 93, 96, 113 sq. & Diss. nostræ de Pöesi Fennica p. 86 sqq.* Paucis ut quæ de Religione illa majorum nostrorum constant, complectamur, plures quidem veneratos fuisse Deos (*Jumalat*) reperimus, quos partito quasi imperio universæ naturæ rebusque maxime humanis præesse credebant; quibus utrum unum aliquem summum atque reliquorum quasi Regem præfecerint, non liquet: imagines vero aut effigies eorum effinxisse nullas, neque vel Tempa vel Sacerdotes cultui eorum consecrassè, sed *loca* tamen sacra, ac maxime *Lucos, arbores &c.* sacras habuisse, magnaue & multiplici superstitione laborasse, certum est. Agnoscere in his similitudinem manifestam cum aliarum gentium simplicis-

N sima-

(66) Vid. LAGERBRING l. c. I D. IV C. §. 1, p. 128 (cfr. §. 4, p. 132); V C. §. 19, 22, p. 168, 169, 173 sqq; qui fontes simul, more suo, diligenter indicat.

finarum moribus licet (cfr. JENS KRAFT *Sitten der Wilden*, III Abh.). Sic de veteribus *Pelasgis* HERODOTUS testatur: *ab initio Deos suos sine nominibus* (sc. postea receptis? Fenni autem nomina diis suis, ex officiis aut munere eorum desumpta, antiquitus jam tribuisse videntur) & *sine forma ac specie coluisse*, Lib. II, C. 50-53; ac VARRO apud AUGUSTINUM (*de Civitate Dei* L. IV, 31) *Antiquos Romanos plusquam CLXX annos Deos sine simulacro coluisse*, perhibet; cfr. PLUTARCHUS in *Numa*. Fennos porro nostros *festa* quidem Diis suis annua dicasse, cultumque iis tribuisse novimus, quibus occasione *sacrificia* quoque iis obtulisse probabile est (67)? an vero victimas mactaverint, dubium videtur: certe nec *hostiae* aut *immolandi* vocabulo vernacula gaudet, nec alia ejus moris vestigia supersunt.

Qui jam ante R. ERICI *sancti* expeditionem, notitiam quandam Christianae religionis ad Fennos nostros pervenisse existimant; argumentorum loco non nisi conjecturas adferunt suas, easque valde improbables. Agmen ducit auctor incertus *Chronici Finlandiae* apud NETTELBLAD-
TIUM

(67) Caret sane vernacula *sacrificii* nomine domestico; Ubi enim a Svecico *Offer* esse deslexum, facile apparet. Sed vocabulum *Wero*, *tributum*, forte apud nos, ut apud Lappones, (quibus idem & *tributum* & *sacrificium* significat) a re sacra ad civilem traductum, post adoptatam religionem Christianam alteram illam significationem amisit? Ceterum vocabula *Yhã sanctus*, *fumartaq sese incurvare*, *adorare*, &c. religioni praeae debent, verisimile est. *Biarmiorum* autem exemplum, quos Narrationes Islandorum & Tempora habuisse & idola tradunt, ad nostros majores applicari nullo modo potest, si vel maxime illas veras esse detur: apud Biarmios enim opulencia luxusque major, aliarumque gentium commercium, potuit tales genuisse mores. Nec tamen credibile est, Biarmiorum idolo nomen *Jumala* proprium fuisse; sed Norwegi linguae ignari appellativum, *Deum* in genere significans, cum proprio (quod jam ignoramus) facili errore confuderunt.



TIUM I. c. I St. p. 113; cujus sententiam Ill. editor cupidius quam par erat, amplectitur, ib. Not (29) & p. 63, not. (3) ad Præfat. *Chronici Juusteni*. Quam levis sit anonymi illius auctoritas, sæpe jam significavimus: quodque argumenti loco ad confirmandum assertum suum commemorat, *varias Russicas picturas in quibusdam templis Finlandiæ, præsertim in Carelia, superesse*, quam ineptum sit, facile quisque videt. Primum enim omnino falsum est, ullas tales picturas Russicas ullo in templo Finlandiæ, extra Careliam quidem, repertas aut visas fuisse; nec in ipsa illa Careliæ parte quæ ad Russos olim pertinuit, in aliis templis quam quæ cultui divino hominum Græcæ religioni addictorum inservierunt, occurrere scio, quorum notum est totam structuram ac rationem a nostrorum more templorum abire: nisi forsitan tabula aliqua casu ex Russicis aut terris aut templis in nostra aliquando translata fuit: qua de re mihi tamen nihil innotuit. Deinde, an homini vel parum acuto videri debet verisimile, tales ullas picturas tempore expeditionis *Ericianæ* esse antiquiores? Unde auctori constitit, eas vere fuisse Russicas? Etc. Sed nimis diu in narratione iudicioque tam puerili confutando, moramur. Nec majori probabilitate se commendant conjecturæ quas adfert auctor *Diss. de S. Henrico* P. I, Præf. p. 1 & 2, (qui tamen argumento ex Russicis illis picturis sumto, multum tribuere nec ille viderur), de Christianæ doctrinæ quantalacunque noticia, per famam & culta cum vicinis commercia, ad Fennos propagata, ac de conatibus imprimis illo ævo superioribus, Botnienles (Orientales?) ad Christianam fidem adducendi. Recte itaque & JUUSTENUS noster primam Christianismi lucem opera demum R. ERICI *sancti* majoribus nostris illuxisse significat, & eandem sententiam diserte proficitur Auctor *Positionum Historico-Politicarum*

carum e Chronico Episcoporum. Ejusdem excerptarum, Theſ. III, (apud III. NETTELBLADT. I. c. p. 92).

De ipsa, quam adhibitam fuisse probabile sit, majores nostros convertendi ratione, supra jam egimus p. 60, not. (32); cujus curatius cognoscendæ qui studio ducitur, conferre poterit vel Historiam Olai Tryggvoniſ Norwegiæ Regis, vel Germanorum qui Lettos, Livones Esto-nesque subjugarunt & converterunt, agendi morem, apud GRUBERUM I. c. fuse descriptum: plura ejusdem generis exempla ut præteream.

Indolem novæ Religionis, qualis tum erat, cujus quidem Fennis professio obtrudebatur, opus non est ut depingamus: vel ipsa ratio eandem propagandi, nonnisi in externis quibusdam ritibus formulisque, nihil aut parum certe intellectis, sitam fuisse, satis indicat. Informationem diligentem Baptismi solennitati præmittere, mos seculi parum curavit. (Cfr. ex. g. SCHÖNING Norges Riisges Hist. II D. §. 93, p. 353 sqq.)

*Sacerdotes aliquot, præter S. Henricum, & exercitum comitatos fuisse Svecicum, & hic locorum, cum ad cultum Divinum novæ coloniæ dirigendum solenniterque peragendum, tum ad Fennorum conversionem urgendam relictos, veterum auctorum fide (re etiam ipsa idem suadente), credendum est; idque eo potius, quoniam *Templa* etiam, sacris celebrandis Christianis dicata, Regem victorem, aute suum e Fennia discessum, in his oris ædificasse, tradunt. ISRAEL certe ERLANDI dicit: *Baptisatis plurimis (Fennis), fundatis ecclesiis, positoque ibidem — b. Henrico Episcopo — institutisque ibi sacerdotibus, ac cæteris quæ ad religionem Christiani cultus pertinerent ordinatis,**

ad

ad Sveciam — remeavit. L. c. p. 9. Dubium quidem non est, quin paullo magnificentius hæc omnia extollere verbis, & ille & reliqui S. Regis laudatores, studuerint (cfr. VASTOVIVS l. c. Ed. Colon. p. 65 & 69, Benzel. p. 62 & 67; BENZELIUS *Monum. Vet.* p. 34; LANGEBEK l. c. T. IV p. 598 & p. 600; *Brev. Aros. Fests. Sancto.* Fol. 24): aliquas tamen cultui Divino celebrando consecratas mox fuisse ædes, templorum licet nomine haud dignas, verisimile utique videri debet. Neque repugnabimus, si ex numero *ecclesiarum* illarum (*Sivstior*) quas fundasse Regem asserunt, casas illas fuisse quis contendat, quarum reliquæ in *Plistaro* haud procul a Templo *Kumoënsi*, nec non in vicinia Templi *Nousensis*, ostentantur, in quibus S. Henricum docuisse, veteris traditionis fide narratur. Cfr. *Diss. de S. Henrico* P. I p. 51, & P. II p. 6, II & 15. *Råndâmâkiensis* autem Templi, *S. Mariæ* dicati (quod omnium in Fennia antiquissimum esse non temere creditur, ac intra primum, a Christianæ religionis doctrina huc illata, seculum mature perfectum fuisse constat), fundamenta jam tum jacta fuisse, affirmare non audeamus; verum annum ejus conditi nosmet ignorare, simul fatentes,

Quomodo cæterum hic Sveci res constituerint, plane nescimus. Nullius neque Præfecti his terris nomen, neque instituti memoria, ad illa usque tempora pertinentis, superest. Non admodum magnam hic relictam fuisse Svecorum manum, probabile est; ut nec illorum qui sese victoribus mox submitterent Christianæque religionis sibi obrudi professionem paterentur, Fennorum insignem fuisse multitudinem, credere licet: quamobrem novam hanc provinciam, initio minus validam, gravibus hostium insultibus vexationibusque patuisse reperimus; cujus rei infra documenta obyeniunt. Multos in-

colarum, metu vis hostilis, in terras interiores recessisse, (Tavastorumque & auxisse numerum & in advenas Svecos odium excitasse), non improbabiliter disputatur (68): uti nec a vero abhorret, alios, ac maxime Sinus Fennici accolas, vel ad Carelios sese Ingrosque recepisse, vel mari trajecto ad Estones fugisse, ac magis etiam infensos hos populos in Svecanum Christianumque nomen reddisse; quorum mox in novam Ecclesiam Fennicam verum furorem armaque fuisse, reperimus. Nec tamen negamus, Lapponibus quoque hanc epocham infaustam fuisse; quorum sedes australiores, Fennis ad interiora Finlandiæ loca catervatim migrantibus, coarctatas ademptasque sibi sensim, credere licet.

Longe vero meliorem Fennos, quamprimum Svecorum adjicerentur imperio, quam cognatos sibi Estonas (qui non multo post a Germanis quibusdam subjugati miseraque servitute oppressi sunt (69)), expertos fuisse sortem, nemo nescit. Nemini personalis sua erepta fuit libertas; bona & prædia sua victis, quotquot victoris sese imperio submittebant, sensimque toti sic populo, relicta sunt (70), cui eodem quo victores frui jure concessum
mox

(68) *Diff. de S. Henrico P. II, p. 5.* Istam autem Fennorum in superiores provincias fugam, demum Lapponibus originem pariter ac nomen dedisse, (cujus asserti auctores ibidem SCHEFFERUS & NETELBLADIUS laudantur) admodum infelix est conjectura. Vid. quæ supra monuimus p. 80, not. (52): cfr. HÖGSTRÖM *Beskr. öfver Lapmark. C. 2, §. 4, p. 40.*

(69) Cfr. GRUBERI *Orig. Livon.* passim, aliique rerum Livonicarum & Estonicarum scriptores.

(70) Quia reliquis Fennis, paullatim sese submittentibus, agros non fuisse ademptos reperimus, sed omnes in civitatem receptos; probabile est, eas terras quas colonis Svecis in ora maritima australiori

mox esse reperimus. Itaque vere felicem non uno nomine majoribus nostris rerum hanc conversionem fuisse, censendum est, dudumque agnovit grata posteritas, & religionis & literarum notitia, cultu vitæ civilis moribusque humanioribus, sensim aucta.

(d) Ut *Finnorum* (*Fennorum*, *Finnorum* l. *Fennorum*) nomen, genti ipsi ignotum, atque a Norwegis olim Lapponicæ primum nationi inditum, deinde vero ad nostros quoque majores (ob deprehensam vel creditam gentis utriusque cognationem) traductum, cujus sit vel originis vel primæ significationis, nos lateat; ita unde *Tavastorum* & *Tavastiæ* vocabulum (*Tavaster* & *Tavastland*) originem traxerit, quidque proprie denotet, prorsus item ignoramus. Ipsi quidem terram suam *Såme* vel *Såmenmaa*, seque ipsos *Såmelåiser* vocant; quorum verborum etymologiam æque parum cognoscimus.

Illam provinciam, licet præter Lappones, incolas generis quoque Fennici, jam ante expeditionem R. ERICI *sancti* habuisse, non dubitemus; tamen hujus occasione eventus novis coloniis auctam fuisse, valde probabile putamus, earumque adventu odium in Svecos, maritimæ oræ dominos, aut excitatum esse aut vehementer auctum, pariter credimus. Infestos certe in Svecorum coloniam
ani-

insulisque tributas videmus, a pristinis vacuas relictas esse incolis, aut bello cæsis aut hostium metu aufugientibus; certe ultra primum belli impetum hoc incolas sedibus suis exuendi consilium non fuisse adhibitum, res ipsa docet; quorum nullos esse vel captivos abductos, vel servos novis colonis addictos, glebæve, ut loquuntur, adscriptos, deprehendimus. Quod autem majorem novorum colonorum partem in Nylandia consedisse scimus, documento est, in eas partes maximam belli vim ingressisse; cfr. quæ diximus supra p. 52 sq. not. (22).



Syll. Mon. p. 57.

animos gessisse, ab illa sine dubio, paganos convertendi & subjiciendi studio flagrante, etiam laceffitosis armisque petitis, vel ex litteris Papæ Gregorii IX, a. 1237 datis, liquet; quas legere & apud VASTOVIVM licet, l. c. Ed. Colon. p. 176, & apud GRUBERUM l. c. p. 261 (qui RAYNALDI citat *Annal. Eccles. T. XIII p. 457*): cfr. A CELSE *Apparat. ad Hist. Sveo-Goth. Sect. I p. 67*. Barbaræ tum gentis, cujus hoc loco nomen *Tavesti*, primum occurrit, crudelitatem & in Svecos atque Christianos odium depingens Pontifex, simul docet, eosdem *Tavestos jam fuisse a Svecis ad Christianam fidem conversos*: quod ostendit, & novæ præcones religionis & novorum sine dubio arma hospitem, interim altius in partes terræ interiores penetrasse, ac solenni ejus temporis convertendi modo veteres irritasse incolas. Quam late vero & religionis Christianæ & imperii Svecici fines extendere valuerint, eo difficilius erit, monumentorum ope destitutis accurate determinare, quo incertiores sumus quibus limitibus Tavastorum regio iis temporibus circumscripta fuerit, & annon hoc nomine pagani Fenni quicumque, coloniæ Svecicæ viciniore, appellari a Svecis (nominis istius, ut videtur auctoribus) consueverint? quorum querelis ad Pontificiam sedem harum rerum notitiam pervenisse, facile intelligitur. Societatem autem Tavastos cum vicinis nationibus, *Careliis* sine dubio, *Ingris*, *Lappis* (*Ruffis* ac forte *Estonibus*) iniisse, iisque instigantibus & adjuvantibus, quibus Svecorum & Christianorum vicinia cum incommoda tum periculosa videbatur, hos aggressos fuisse atque afflixisse, ex iisdem literis discimus; quæ docent *Tavestos illos, procurantibus inimicis Crucis prope positos, ad antiqui erroris reversos perfidiam, cum quibusdam barbaris novellam ecclesie Dei plantacionem de Tavestia funditus, Diabolo coadjuvante, subvertisse &c.* Quinam autem

tem

tem illi *Crucis inimici barbarique* fuerint, cum ex Chronico JUSTENI nostri colligere licet, (ubi a *Curonibus & Ruthenis* primos Ecclesiæ Finlandensis Episcopos graviter vexatos esse narrat), tum ex duabus aliis patet Papæ Gregorii IX Bullis, quibus novæ ecclesiæ Finlandensis patrocinium suscepit; quarum una, cum ad *Episcopum & Præpositum Rigensem, Abbatemque de Dunemunde, Cisterciensis Ordinis*, tum ad *Episcopum Lubicensem*, ac item ad *Episcopum Lincopensem, & Abbatem Gutblandensem, Cisterciensis Ordinis*, data est: ubi dicitur *Finlandensem Episcopum, in Finlandia & terris vicinis magnum populum ydolatrie cultui servientem, evangelicando nomen Domini nostri Jesu Christi, de novo acquisivisse eidem*. Ac additur: *Denique Rutheni, qui propinqui sunt eis, minimum (leg maxime?) abhorrentes ipsos pro eo quod fidem Catholicam susceperunt, multipliciter deserviunt in eosdem, modis quibus possunt ad eorum interitum & dispendium intendendo*. Quare mandat: *quatenus mercatores de partibus vestris, ne mercimonia cum illis exerçant, donec desinant persequi de novo conversos ad fidem in terris eisdem, — cogatis*. Data est hæc Bulla *Perusii X Kal. Februarii, Pontificatus anno IIo* (23 Jan. 1229) (71). Altera, *Archiepiscopo Upsalensi & Epi-*

quod. Mon. p. 22

(71) *Registr. Eccles. Aboëns.* Fol. 43. Hujus non meminit Nob. ACELSE. Præterea aliæ tres ejusdem Pontificis Bullæ, idem argumentum attingentes, in *Reg. Eccles. Aboënsis* comparent, quarum utraque posterior Nobilissimo ACELSE pariter fuit incognita: prima (Fol. 46) eodem quo illa quam mox laudavimus die (*X Kal. Febr. Pontif. II*) *Perusii* data, qua *Episcopo Lincopensi, Abbati de Guthlandia, Cisti. Ord. & Præposito de Wisby* significatur, Papam sub *protectione Apostolicæ Sedis & sua Episcopum, Clerum & Populum Finlandensem recepisse*, eamque ob causam mandatur, quatenus non permittant (*Episcop & Abbas*) eos temere molestari, *molestatores eorum indebito — per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo*. Hanc significare

& *Episcopo Lincopensi* missa, jubet ut — inhi-beant, ne quis Christianorum paganis in *Karelia*, *Ingvria*, *Lappia* & *Watlandia* ferrum, arma vel ligna deferat aut apporet, quo eorum crudelitas in Svecos avertatur: quam crudelitatem sine dubio nova *Colonia* & *Ecclesia Finlandensis*, iis vicina, maxime experta fuit. Data fuit hæc Bulla, *Lugduni* V Id. Jan. Pontificatus III (9 Jan. 1230); de qua commemorat A CELSE l. c. p. 63. *Lappi* quorum hic mentio fit, eos esse puto, qui in nostra *Fennia* (adeoque in *Tavastorum* vicinia) tum adhuc degebant; quos quidem alias Sve-

videtur A CELSE l. c. p. 62, n. 5. Altera (Fol. 44), iisdem *Perussi* item data, XIII Kal. Marcii, eodem anno (Pontificatus II); ubi legitur: *Ex parte venerabilis fratris nostri Finlandensis Episcopi fuit propositum coram nobis, quod cum in Dyocesi sua sit novella Christi plantatio, sic animos quorundam de Gutlandie partibus ceca cupiditas occupavit, ut qui gloriantur in nomine Christiano, paganis intendentibus ad exterminium plantationis ejusdem, in armis, equis, navigiis, victualibus & aliis mercimoniis subvenire presument; in quo pares aut etiam superiores in malicia sunt illis, dum eis ad impugnandos Christianos necessaria subministrant. Cum autem fideles deceat universos, non ad impedimentum sed augmentum religionis intendere christianæ, --- monemus ---, quatenus pro divina reverencia mercatoribus de Gutlandia interdicitis & inhi-beatis expresse, ne paganis predictis in premissis vel aliis audeant subvenire. Etc.* Hujus non meminit Nob. A CELSE; sed legitur in *Reg. Ab.* Fol. 44. Mercatores autem *Wisbyenses* magis lucri sui quam propagandæ religionis studio litasse, non unum hoc exemplum demonstrat; Cfr. GRUBER l. c. p. 24. Tertia Bulla data *Anagnæ* Octava Kalend. Decembris, Pontif. anno VI (1232), *Papa Militibus Christi in Livonia* injungit, ut in remissionem peccaminum, ad provinciam *Finlandie*, pro defendenda novella plantatione ad Christi fidem in ea noviter conversorum, contra infideles *Ruthenos* personaliter accedentes, cum consilio --- *Finlandensis Episcopi*, qui assumpsit in premissis partibus negocium fidei ex animo prosequendum, defensionem eorum insisterent viriliter & potenter. Etc. Ibidem legitur. Paruisse *Ordinem Livonicum* huic mandato, non est verisimile. De zelo autem & Pontificis, & *Episcopi Finlandensis*, hæc molimina fati loquuntur.

Svecici partes imperii, quam coloniam in Fennia ora nuper conditam infestasse, credibile vix videatur. *Watlandiam* autem Ingræ fuisse tractum putamus circa *Kopoviam* situm; in qua regione etiamnum homines habitant a cæteris Ingris dialecto, vestitu moribusque distincti, qui *Watialaiset* (sing. *Watialainen*) appellantur, quosque Lapponibus olim vicinos (cum hi australius etiamnum habitarent) infestosque fuisse inde colligas, quod *Wassjolats* his inimicus hodieque dicatur? (72). Horum autem hostium insultus maxime Nylandiæ oram afflixisse, quibus locis imminentes Tavasti reliquorum illorum paganorum sedibus simul erant viciniore, probabile est; quamvis nec Aboënsi regioni pepercisse, ex JUSTENI nostri Chronico apparet. Pacatam quidem Fennicam Ecclesiam provinciamque, a prima sua origine ad occupatam usque a Duce Birgero Tavastiam resque hic diligentius constitutas, haud fuisse, vel idem *Chronicon Justenianum* satis docet, Bullæque Papales hoc tempore datæ, quotquot Fennicas res attingunt, abunde confirmant. Litteræ Papæ *Alexandri III*, ad *Upsalensem Archiepiscopum & Suffraganeos ejus & Gutormum ducem*, (de quibus supra jam disputavimus, p. 55, sqq. not. (25)), *Tusculi V Id. Sept.* (inter a. 1163 & 1185) scriptæ, aut cum Fennis, quos novi advenæ vi

O 2 atque

(72) Radix quidem hujus appellationis in lingua extare Lapponica videtur, ubi *Wassjotet* odisse significat; sed & hoc verbum ab illo nasci potuit? Ac notabile est, eisdem Lappones hostibus, a quibus olim vexatos se fuisse perhibent, nomen *Tjude* in dære, (in quo *Tschudi* veterum Chronographorum Russicorum haud obscure agnoscuntur), & pro quo interdum nomen *Karjetele* (Carelii) substituunt. Quod magis etiam confirmat, quam supra laudavimus (p. 79) virorum doctissimorum sententiam, qui *Tschudos* istos Fennici fuisse generis docuerunt. Cfr. *Lexicon Lapponicum* D. D. ER. LINDAHL & JOH. ÖHRLING, in voc. *Wassjolats & Tjude*.

atque armis ad Christianam profitemdam religionem cogere pergebant, aut cum vicinis paganis ob ipsam hanc religionem susceptam eos vexantibus, perpetuo pugnatum esse, demonstrant; nec quas ad *Andream, Archiepiscopum Lundensem*, Papa *Innocentius III* dedit, (Vid. A CELSE l. c. p. 52, n. 16), quæque THOMAM Episcopum Finlandiæ attingere putantur, quietum in his oris statum rerum produnt: de quibus literis diligentius infra disputabimus.

Interim tamen Svecos & neophytos Fennos non modo propagandæ religionis Christianæ studium diligenter urfisse, sed etiam res suas magis magisque stabilivisse, cum allata evincunt monumenta, tum captum jam a. 1229 consilium Cathedralem Ecclesiam (a *Råndâmâki*?) ad locum aptiorem transferendi, confirmat; de quo negotio binas existimat datas fuisse Bullas Papæ *Gregorii IX* Nob. A CELSE l. c. p. 62, n. 3 & 4, quæ tamen non nisi unica esse videtur (73), sed illa ad assertum nostrum stabilendum admodum idonea: qua quidem, ad *Episcopum Lincopensem, Abbatem de Gutlandia, & Præpositum de Wisby*

(73) Alteram dicit *Perusi XIII Kal. Febr. Pont. II*, datam fuisse; quæ eadem est cujus verba adtulimus, sed cui in *Registro Aboënsi* dies *X Kal. Feb.* recte assignatur, quamque in Bullariis *Örnhjälmiæ & Peringsköldiano* reperiri, vir Nobil. indicat. Alteram, *Episcopo Fintlandensi* datam, qua approbatur translatio illa Ecclesiæ Cathedralis, ubi viderit, non significat, citans modo *ÖRNHELMII Hist. Eccl.* p. 491, quem non nisi de eadem illa superiore loqui, palam est, licet male apud eum dicatur (vitio forte Typographico?) eandem a. jam 1226 datam fuisse, quem annum falsum esse, manifestum facit DN. A CELSE. Ipse indicat *ÖRNHELMIUS*, ex *antiquo Aboënsis Ecclesiæ Privilegiorum libro* (s. *Registro Aboënsi*) se eandem descripsisse; ubi non nisi una illa, quam laudavimus, reperitur: quam eandem alio loco (p. 464) anno demum 1228 fuisse scriptam asserit, ad *Bullarii* sui testimonium provocans.



)

(



by missa, significat Pontifex Finlandensem Episcopum sibi exposuisse, quod in primitiva Christianitatis plantacione (74) in partibus illis, Cathedralis Ecclesia sua fuit in loco minus ydoneo constituta (75): unde petebat, ut (cum) nunc plura loca, crescente in eisdem partibus per Dei gratiam fide Catholica magis ad hoc commoda esse noscantur, transferri Episcopalem sedem ad locum competenciosem in sua Dyocesi mandaremus. Quocirca — mandamus, quatenus inquisita super hoc diligentius veritate, si rem inveneritis ita esse, cum consilio ejusdem Episcopi & Clericorum suorum trans-

O 3

fera-

(74) Itaque non multo post primum Svecorum in has terras adventum conditam, & Episcopalis Sedis hic collocandæ consilium captum fuisse, oportet? De quo tempore, ut a sua ætate jam remotiore, loquitur?

(75) Quis ille locus fuerit, docent hæc verba, Bullæ hujus apographo in Registro vet. Ecclesie Aboënsis reperiundo præscripta: Bulla Gregorij de transiacione ecclesie Katedralis a Rænthamäki usque huc. Cur veterem illum locum tam incommodum judicaret Episcopus, difficile jam fuerit ostendere, curque hunc in quo nunc exstructum reperit r Templum Cathedrale, si quidem is ejus consilio delectus fuit, tam parvo intervallo a superiore illo distantem, tanto aptiorem haberet, ut operæ existimaret pretium tanta suscipere molimina? Verba expendens Pontificis, ex alia credas Finlandiæ parte huc transferri Ecclesiam suam Cathedralem & Episcopalem sedem Episcopum voluisse, aut hæc ex ora ad aliam transferendi consilium cepisse? Num de loco primi Templi erronea postea obtinuit opinio, unde hoc demum tempore ad Rändämäki Episcopus sedem suam transtulit, forte in Nousis, ubi sepultus fuit S. Henricus, primo collocatam? Sane opus fuisse successu quodam lætore in propaganda religione christiana, indeque nata ampliore regionis hujus cognitione non videtur, ad comparandam locorum adeo vicinorum (ac illa sunt quibus Templum Rändämäkiense & Aboënsis sita conspiciuntur) opportunitatem. Nec credi facile potest, sermonem esse de Templo quod idem demum hic Episcopus, primum ad hanc oram adveniens, festinanter exstruxerit? Res nondum plene liquet.

feratis auctoritate nostra sedem eandem ad locum in eadem Dyocesi magis aptum. Initium quoque condendæ urbis (exstruendæque forte Arcis) Aboënsis satis mature factum fuisse oportet, si anno jam 1198, quod in vita *Folquini JUUSTENUS* noster tangit, Rutheni hanc urbem incendunt; a quibus tum factam hic *primam depopulationem* fuisse docet MS. quod supra laudavimus *Palmisköldianum*, quam in causa fuisse simul significat cur nulla *Folquini* ejusdem acta reperirentur. Ac licet hunc maxime impetum, (quem alii similes nominatorum supra barbarorum, in novæ ecclesiæ Fennicæ coloniæque Svecicæ perniciem tanquam conjuratorum, & præcesserant & subsequebantur), ad religionis Christianæ qualemcunque in Fennia herbam penitus fere suffocandam vehementer contulisse existimemus (76); Svecos tamen hinc omnes expellere haud valuerunt, adeoque nec prohibere quo minus hi vires mox reficerent, novisque aucti subsidiis superiores denuo evaderent, *Thomæ* certe adventum Episcopi, (circa a. 1209?) ali-

(76) In Bulla P. *Honorii III* ad Episcopum Finlandensem (*Thomam?*) Laterani idibus Januarii Pontif. anno V data (13 Jan. 1221), dicitur: *Cum, sicut ex literis --- Upsalen. Archiepiscopi nostro est Apostolatus reſeratum, Ecclesia tibi commissa de novo ad agnitionem venerit veritatis, & a circumadjacentibus barbaris nationibus, quæ plantationem novellam eradicare nituntur, tribulationes multas sustineat & pressuras, ac earum sævitia ex subtractione mercimonii possit non modicum cohiberi, auctoritate tibi præsentium indigemus, ut Christianos circummanentes, ne ad eos navigent & victualia seu alia necessaria deferant --- per censuram ecclesiasticam --- compescas.* Vid. *VASTOVIUS* Ed. Col. p. 170, & *ÖRN-HJELM Vita Ponti de la Gardie*, p. 28; Cfr. *A CELSE* l. c. p. 58, n. 16. Quod consilium barbaros, commerciis eos intercludendo coercendi, sæpe deinde, ut ex nuper allatis patet, a Pontificibus renovatum, haud sane ineptum fuisset, si Christianorum simul mercatorum compesci potuisset lucri fames, sine quorum avida diligentia nec prædam tanti vendere barbari potuissent, unde perpetuum cupiditati suæ alimentum accrevit, nec opes tot expeditionibus, navalibus præcipue, suscipiendis, sufficerent.

aliquanto majorem iis & animum & zelum addidisse, dubium non est; quem in paganismo opprimendo & Christiana propaganda fide & diligentem & non infelicem fuisse, vel inde patet, quod *lucos & delubra, deputata olim ritibus paganorum, quæ "de novo per eum conversi" ad fidem, ecclesiæ suæ voluntate spontanea contulerant*, Pontif. Gregorius IX, litteris Perusii II Kal. Febr. Pontificatus anno II (d. 31 Jan. 1229) datis, eidem ecclesiæ concessit & confirmavit (77): quas terras non contemnendæ amplitudinis pretiique fuisse oportet, quoniam partem earundem Cappellano suo Episcopum haud multo post donasse reperimus (78), nec credibile est, eum nihil earum vel sibi vel ecclesiæ suæ Cathedrali reservasse? Cæterum novis hostium & maxime Ruthenorum atque Curonum irruptionibus, quæ Episcopum quoque fugam hinc capeffere atque in Gothlandiam abire cogebant, res ecclesiæ suæ vehementer fuisse rursus afflictas, & progressus novæ religionis impeditos, facile intelligitur: donec per expeditionem Birgeri Ducis, & majore huc trajecto exercitu, & Tavastia devicta, novoque imperio accuratius constituto, confirmato, præfidiisque potentioribus munito, insignis plane in his terris rerum conversio contingeret, firmiorique tandem & religionis & reipublicæ securitas & tranquillitas fundamento superstrueretur.

Caus-

(77) De hac re infra, in vita Thomæ Episcopi, porro agemus. Cfr. interim A CELSE l. c. p. 62, n. 6. *Delubra* autem, quorum hic mentio fit, ædes aut templa, idolis quasi habitanda tributa ac constructa haud fuisse, sed loca tantum diis venerandis consecrata, forte sepium quodam genere circumdata, notamus. *Ædium sacrarum* (paganorum cultui dicatarum) nullum habemus nomen vernaculum, nec vel ulla earum ad nos pervenit memoria, vel condendarum consilium conditioni ingenioque gentis convenit. Cfr. supra p. 93.

(78) Etiam de hac re infra, in vita Episcopi Thomæ, diligentius disputabitur. Cfr. A CELSE l. c. p. 63, n. 6, & p. 66, n. 21.

Caussas, easque graves & idoneas expeditionis a BRIGERO *Farlo*, jussu nomineque Regis ERICI affinis sui, susceptæ, post adductas supra de incursionibus, odio hostili & crudelitate Tavastorum in ecclesiam Fennicam Christianam expromtæ querelas & documenta, opus non est ut operose exquiramus. Magno autem studio sumtuque apparatus fuisse bellum, classemque insignem & numerosam ad Tavastos domandos fuisse missam, veteri scriptori facile credimus (79); licet dubium non sit, quin poetâ coloribus, pro modolo ingenii, narrationem suam exornare studuerit, expeditionemque ad paganos oppugnandos comparatam, magnifice laudare.

De barbarorum porro diligentia consilioque contra Svecorum sese impetum muniendi atque tuendi quod additur, minorem fidem mereri credas; quos ad latrocinia potius exercenda imparatosque invadendos & omni sævitia vexandos promptos, quam ad justum bellum propulsandum sollertes instructosque fuisse, existimare decet; quippe nulli nec communi parentes imperio, nec disciplinæ militari adsvetos. Quare nec sese defendere acriter valuisse, nec magnum Svecis eos aggredientibus terramque eorum armata manu intransibus negotium exhibuisse, videntur. An de bello tanta vi sibi inferendo apparatuque hostium tam diligenti ac ingenti quidquam antea relciverint, mature quidem satis ad cavendum, dubitari etiam potest. Hoc autem certum est, occurrisse Tavastos Svecis, seseque defendere conatos, sed fusos mox fugatosque fuisse, ac quotquot eorum hostium in manus

(79) Auctori anonymo qui Svecice *Chronicon* composuit *Rhythmicum Majus*; Edit. Hadorph. p. 21 & 22; quem ERICUS OLAI unice sequitur, *Hist. Svecor. Gothorumque* Ed. *Messen.* in 4:0 p. 103; Ed. *Loccenii* (Holm. 1654, 8:0) p. 58. Ipsi eventui cœvi auctores, qui has res explacent, desiderantur.

manus inciderant, si Christo nomen dare (nihil licet aut parum sibi cognito) ac baptismi ritu initiari haud abnuebant, in fidem receptos, ac neque bonis neque libertate mulctatos (80); illam vero si recusabant conditionem, neci datos (81).

P Ad

(80) Cfr. *Chronicon Rhythm. Majus*, l. c. p. 22. Cujus interpret ERICUS OLAI (l. c.) *Datur*, inquit, *optio fugientibus, ut qui vellent fierent Christiani, vita & bonis sibi salvis remanentibus; alioquin tam vita quam bonis exciderent*. Repertus quidem fuit, qui devictis Fennis omne terrarum fundorumque suorum dominium ereptum fuisse, fingere non vereretur; sed bene est, quod veritatis fidem manifestam, non historicis argumentis, sed caussidicorum arte atque ingenio in privatæ causæ nescio quod patrocinium temere impugnatam, nihil necesse sit accuratius vindicare.

(81) Chron. Rythm. L. c.

Hoo them wille til handa gaa,
 Of Christen warda of dooper saa,
 Honom lato the godz of lijff,
 Of frijd at lifwa uthan alt lijff.
 Hwilken Heden ey wille saa,
 Honom lato the dōden dſwergaa.

Scilicet non cupiditate prædæ, ditionisve augendæ, sed religionis præcipue Christianæ propagandæ causâ gerere bellum videri volebant! Præda tamen locupletis auctos fuisse, idem auctor affirmat, suo modo de Svecorum exercitu ejusque gestis canens:

The Christne lade ther til hampna,
 Manga otaliga förgylte stampna,
 Matte Hedna män ther see,
 Ther mera matte förja ån lee:
 The toke thera baner of gingo i land,
 Them Christne gif ther wål i hand,
 Thera stōlla lato the ther skijna,
 Hſwer alt thet land, of hielma fina;
 The wille gerna thera swård fresta,
 Oppa the hedna Lawesta,



)

(



Ad quem locum classis Svecica appulerit, veteres non indicant Auctores. Ad *Portum* quidem *Tavastorum* vento secundo delatam fuisse, ERICUS OLAI dicit; is vero quis fuerit, aut ubi locorum situs, non significat (82).

In vicinia hodiernæ urbis *Björneburgensis* exscensionem factam fuisse, suspicari quis possit, quod fluvius ibi mari aquas immiscet ex interioribus Tavastiæ partibus delatas; unde eo quasi duce, etsi subeuntibus adverso,

Som ial wånte at the giorde,
Gull of Sölff of starcka, hiorde. (Sc. prædam nacti sunt).
The Tavaste drogo tha undan,
The Hedna tappade, the Christne munno.

Nimis simplex narratio, quamquam nec illa poetico ornatu carens, (quo etiam vim auri argentique & pecorum numerosas greges victis barbaris ereptas, *opulentam prædam* Decano Upsaliensi dictam, retulerim?) recentioribus visa est; quare & castra munita Tavastis tribuunt, quorum nullam vetus carmen facit mentionem, & ea quomodo a Svecis sint expugnata describunt, &c.

(82) OLAVUS quidem PETRI in *Chronico rer. Svecicar.* M;S locum non definit accuratius, quam ut exercitum dicat a Rege transmissum *in Finlandiam*; non audeamus tamen, veteris scriptoris contempta plane auctoritate asserere ad coloniam suam in Fennia jam confirmatam, Svecos classem appulisse, atque inde terram Tavastorum armatis copiis ingressos, eam subjugasse; docent allati versus aperte, classem Svecicam hostilem oram recta petiisse, hostes Svecis naves egressis obviam mox venisse &c. Nisi parum accurate auctorem hæc tenuisse suspicemur; quod durius tamen fuerit? Mirum autem videri possit, nullius ex vicina colonia Svecica simul in Tavastos, ad vires eorum dividendas &c. factæ impressionis, mentionem fieri; nisi manea adeo rerum hoc tempore apud nos gestarum omnis esset memoria, ut ex silentio paucorum inopumque quæ supersunt monumentorum concludere nihil liceat. Fortassis minus præterea sive necessariam sive commodam hujusmodi expeditionem judicabant, aut ob vires colonix tenues non facile audendam? &c.

fo, in regiones illas penetrare, hoc ævo, cum vix ulla adhuc vias æstate permeabiles Finlandia haberet, imprimis licuisse videri queat (83). Sed probabiliores tamen rationes a MESSENI stare partibus videntur, qui veterem credo secutus traditionem, Birgerum classe Ostrobotniam petiisse, & non procul ab hodierna urbe *Wasensi* ad litus appulisse, auctor est (84). Quam sententiam Colonia

P 2 Sve-

(83) Nec omnino absurde ex Nylandiæ ora (ob prope fitas aliorum quoque barbarorum sedes, hostilibus incursionibus maxime expedita) Svecos vicinam adiisse Tavastiam, existimari possit; nisi & classem Svecicam, littus prætervectam Aboënse, haud facile ad longius remotum illud navigasse putes, & Nylandiam præterea a coloniis Svecicis ita jam fuisse occupatam, ut locus aliquis idoneus *Portui Tavastorum*, cujus vetus scriptor meminit superfuisse vix videatur, quem nec in vicinia coloniæ Svecicæ proxima situm fuisse, verisimile sit?

(84) *Scondiæ illustratæ* T. X. p. 9. Verba ejus, non contemnendam totius hujus expeditionis notitiam exhibentia, hæc sunt: "MCCXLIX --- Ericus Sveciæ Rex, Finnorum provocatus borealium piratica, transmissis illuc exercitu, per affinem directo Birgerum Jarl, plerosque Ostrobotniensium, ad arma convolantium, prosternit; his vos ex Svecia colonos sufficit; Ethnicos ad Christum superstites convertit, in binas cum Syecis divisas parochias, *Pederborenses* (leg. *Pedersörensens*) scilicet & *Muserensens* (leg. *Mustafarensens*); occasio nem rebellandi erepturus illis, præsidium erigit *Korsholmense*, sub quo & civitas deinde confurgit. Ubi Sveones, circa eundem (locum?) classe relicta, per nemus interpositum invadunt Tavastiam, Christianæ & Sveciæ regno incolas non difficulter subjugatos Rendamechensium commendant Antistiti, veluti in utriusque conservandos obedientia, Castrum adminiculo, ibi mox suscitato, & Tavastborg ea propter appellato." Cfr. EJUSD. *Chronicon Rhythm. Finlandiæ*, p. 18 & 19; nec non ELIÆ BRENNERI *Narratio de urbis Wasensis primordiis* (in *Dihang til Lidn. utgifne af et Sålskap i Åbo 1785*, p. 54), ac MATHESII *Disp. de Ostrobotnia* p. 88. *Fenni Boreales* quorum piratica laceffitus fuisse Svecos dicit MESSENIUS (si fidem hæc assertio ejus meretur?) nulli esse alii potuerunt quam *Tavasti* per Ostrobotniam sedes suas ad mare usque protendentes, aut piscatus saltim portuumque opportu-

Svecica in australiore hujus provinciæ ora maritima collocata, valde confirmat, quam *Birgerum* Ducem huc secum adduxisse, terrasque incolarum qui vel acie ceciderant vel novo domino novæque religioni fidem obligare detrectaverant (aliasque habitatoribus vacuas) ei tribuisse, exemplum R. *Erici Sancti*, quod in Finlandia australi Nylandiaque occupanda dederat imitatum, verisimile est; nec enim facile reperire licet, qua alia occasione hæc ad illam oram deducta Colonia fuerit? Neque in illa vicinia opportunitas defuit fluvium *Kyroönssem* (vel *Ilmo lenssem*) subeundo prope ad fines *Tavastorum* accedendi; in quorum terras, lacus atque flumina, superato saltu *Tavastia*, (qui dicitur,) jugoque illo depressiore (*Maansfeltä*, *Landryggen*) quod hanc provinciam ab *Ostrobotnia* separat, iter patuit. Credendum vero est, partim per itinera *Svecorum* qui in *Finlandia* confederant, *Fennorum*

mitate usi littora hæc frequenter adeuntes; qui iidem *Ostrobotnensium* quoque illorum nomine venire censendi sunt, quos ad arma convolasse superatosque fuisse, addit. Certe vetustiora monumenta alios *Svecorum* hostes hac expeditione vel petitos vel devictos, quam *Tavastos*, ignorant (cf. *Scand. T. XII, p. 117*); nec *Carelios* (s. *Savones*) ad littora usque *Sinus Botnici* tum adhuc penetrasse constat? certe australiorem *Ostrobotnia* oram nunquam attigerunt. Quod in duas fuisse *Ecclesias*, cum novos, tum veteres (qui *Christianam* amplexi essent *Religionem*) incolas divisos affirmat, id vix ab ipso quidem mox factum esse Duce *Birgero*, sed postea ab *Episcopo Finlandensi* ita fuisse constitutum credas, post constructa demum in locis templa; neque verisimile omnino est, *Jarlum* ad *Pedersörensens* usque *Ecclesie* fines esse progressum. Valde autem probabile videtur, castrum aliquod, ad novos defendendos colonos elassemque tutandam, prope locum appulsus fuisse constructum; si quidem ibi illa relicta fuit, nec aut in *Sveciam* fuit reversa, aut ad australiora, quod verisimilius putamus, *Fennicæ* littora cursum postea direxit, his securitatem præstitura, exercitumque meridiem versus iter tendenti auxilium revertendique tandem in *Sveciam* præbitura opportunitatem?



rumque neophytorum ad Tavastos convertendos (commerciaque fortasse cum illis, qui pellium pretiosiorum copia inprimis abundabant facienda) olim suscepta, horum locorum opportunitatem ignotam Svecis non fuisse, partim Tavastos captos converfosque duces itineris adhibitos: quod illis tanto fuerit familiarius oportet, quanto est probabilius, & piscandi causa & forsan etiam prædandi, proximum Ostrobotniæ littus eos frequentasse. Certe & veteres quas SCHEFFERUS affert (85) traditiones confirmant, Tavastos olim Lappones persecutos suæque egressis regionis finibus, ad littora usque Sinus Botnici accessisse; & recentiora produnt monumenta, ad incolas Tavastiæ dominium quoddam in partes terrarum Ostrobotnicarum olim pertinuisse (86).

P 3

Quod

(85) *Laponia* C. VI, p. 46 sqq. Ostrobotniæ regionem superiorem, iungoque quod illam a Tavastia Savolaxiaque separat viciniorē, à Laponibus diu etiam post fuisse pererratam, qui in his silvis locupletem venatus materiam inveniebant &c, dubio caret; litorea ac inprimis fluviorum ostia piscatui erant commodissima; ubi itaque Tavastos quosdam viciniores domicilia mature collocasse, non est improbabile. Interjecta vero regio humilis & plana, paludibus fuit oblecta, nec vel facile permeabilis vel cultui aptissima, nisi ubi eam fluvii serabant, quorum ripis proximæ terræ, sensim exsiccata, novis incolis sedium capiendarum opportunitatem deinde præbebant. Prisca hæc illius facies regionis, vel illa docere satis potest, quam probabilis eorum sit opinio, qui regnum Quenorum, multis etiam ante seculis, ibi floruisse ac præcipuam habuisse sedem, existimant! Unde simul patet, quid de illorum sit ingenio sentiendum; qui commemoratam ab ADAMO Bremensi (Hist. Eccles. L. III, C. XVII) infelicem Anundi, filii Emundi Senis Sveciæ Regis, in terram Feminarum s. Amazonum (Quenlandiam) expeditionem, ad Ostrobotniæ has oras fuisse susceptam conjiciunt? Cfr. Disp. de S. Henrico P. I. p. 2, not.

(86) Vid. Literæ Magni Kæzi Præfeci Tavastiæ, datæ a. 1390, in quibus mentio fit silvarum, & aquarum pisculentarum, in Boreali

Quod autem Tavastiam per Ducis Birgeri hanc expeditionem Russorum imperio fuisse ereptam, cui antea paruerit, credere se auctor dicit vetustus cui totius hujus belli præcipue debemus noticiam (87); id opinionis temeritate, & de vera horum populorum illis temporibus conditione minus accurate doctum fecisse, contendimus. Primo enim tantum abest ut ulla in Russorum annalibus extant vestigia Tavastiæ eorum ditioni illa ætate subjectæ, ut contra iidem indicent annales neque Caréliam, his multo viciniorum, totam plene eorum adhuc tum paruisse imperio (88). Docet sane MÜLLERUS, in conventionem a. 1270 (cujus adhuc supersit exemplum) inter Magnum Principem *Jaroslavum* & civitatem Novgorodensem facta, ubi urbes & provincias recenseri ei civitati (ad quam omnis tum septentrionalis Russia pertinebat) subjectas perhibet, nullam *Careliæ* proprie dictæ (multo minus

Botnia starum (Hornastoga of Giffewatn, som ligger noor i Bothnen), atque ad prædium tamen *Kandala*, parociez Våno, pertinentium, quas ex veteri *Libro Privilegior. Ecclesiæ Aboënsis* depromtas exhibet Dn. *Frantzén* Disp. cit § 3, p. 29.

(87) Chron. Rhythm. majus p. 23.

Thet samma land (Tavastia) wart alt Christit,
Ja! tror thet Ryssa Konunger mistit.

Non rem exploratam, sed suam tantum conjecturam se adferre, ipse indicat.

(88) Pro ea quidem quæ ad nos pervenit horum annalium notitia, hæc disputamus; qui tamen fatemur, parum adhuc vel de ipsorum auctorum diligentia vel excerptarum inde particularum, quoad nostras res illustrandas vero pretio, plane nobis constare. Post exacte & eritice edita, collata atque examinata hæc Russicæ historiz veteris monumenta, viri linguæ & literarum ejus gentis, non minus quam nostræ Historiz periti, hujus arbitrii potestatem demum habebunt.

nus Tavastiæ, aliarumve partium Finlandiæ occidenta-
lioris) fieri mentionem (89): quale monumentum, mag-
næ sine dubio in hujusmodi quæstione decidenda, ha-
beri debet auctoritatis.

Ac idem testatur (90) in *Chronico Novgorodensi* (91)
narrari, Principem Novgorodensem *Demetrium Alexandri*
Filium, a. 1278 expeditionem contra Carelios fecisse, to-
tamque eorum terram (viciniores sine dubio ac orienta-
tiores australioresque ejus partes?) igne ferroque atro-
citer vastasse: quod satis ostendit, in subditis imperii sui
illos

(89) Saml. Ruffischer Gesch. V B. p. 417. sq. Scilicet non dubi-
tamus, quin si harum provinciarum ibi facta fuisset inentio, a viro ocu-
latissimo nec in talibus segni hoc observatum legeremus.

(90) L. c. p. 419. Cfr. LAGERBRING Sw. R. H. Del. L, C. 14 §.
10, p. 617, & not. (1).

(91) De hujus Chronici indole consulatur *Schlözer Probe Russ-
Annalen* p. 40. 41. 42.

Cæterum, dissimulandum non est, cum Russos hoc tempore con-
silia imperii sui dilatandi agitasse avida ambitiosaque, successu haud
ubique destituta, tum vicinis barbâris, Careliis, Ingris, Estonibus &c,
dudum potentiores, licet his constanter non imperarent, tamen sæpe
aut fociis expeditionum piraticarum adscitis aut bello vexatis tempo-
rarium obsequium partim elicuisse partim extorsisse, munera etiam (si-
ve majoris tributa, pro redemptione vitæ & pagorum a vi & incendiis
collata,) haud raro eis expressisse videri, atque hinc auctoritate qua-
dam præ reliquis diu jam floruisse. Quæ res sine dubio ansam dedit
opinionibus, de imperio ac jure illius gentis, magnificentioribus inter-
dum quam pro rei veritate concipiendis; cujus generis errorem, Au-
ctori quoque *Chronici Rhythmici* sæpe a nobis laudato impostuisse, proba-
bile est. Cfr. quæ de celebrato itidem Sveonum antiquissimo in ter-
ras has orientales imperio supra monuimus, p. 89 - 93. Nimis sunt ho-
mines ad mores rationemque antiquissimorum temporum ex suæ ætatis
indole metiendos ac dijudicandos proni; quamobrem expeditiones pi-
raticas, a privatis sæpe hominibus olim temere susceptas, cum poste-
rioris ævi consiliis, provinciarum subjugandarum imperiique stabilita-
dilatandi mente continuatis, mox comparant.

illos haud numerasse (92). Deinde in nostris monumentis nulla omnino occurrunt vestigia vel auxilii a Russis hoc

(92.) Cujus generis illud fuerit imperium, quod in plurimas vicinas gentes Russi exercerent, (nempe tale fere quale littoris Frisici, Belgici, Anglici, Hibernici, Francici, &c. accolæ sæculis IX & X a Normannis experiebantur), vel ex iis quæ de sæpius a Russis occupata Estonia Annales eorum habent, judicium fieri potest. Quamquam enim a. jam 1030 a Principe *Jaroslavo* Wladimiri F. subactos fuisse Estonos (h. e. partem eorum bello vexatam ad tributum pendendi necessitatem fuisse adactam; non enim omnes hoc fatum contigisse, vel vetus auctor a *Grubero* editus satis ostendit) & urbem Dorpatensem conditam (h. e. castrum quoddam ibi exstructum) docent; tamen a. 1133 & a. 1262 similes rursus contra eosdem Estonos expeditiones a *Wsewologo* Mstislawi Filio & *Demetrio* Alexandri Filio fuisse susceptas, atque Dorpatum occupatum, legimus. Vid. MÜLLER L. c. p. 396, 398 & 415; coll. T. I. p. 310, not. II. Cfr. GRUBER *Orig. Livon.* p. 81 & 161. Nempe prout vel ferociores potentioresque erant, atque exercitu terram vicinorum infestare valebant, vel internis turbis aut externis bellis ab hujusmodi expeditionibus repetendis arcebantur; ita tributa iis vel solvebantur vel recusabantur. Cfr. GRUBER l. c. p. 26. Quare in *Chronico Stavor.* L. VII. C. IX, f. 10. recte dicit ARNOLDUS *Lubecensis*, apud eundem GRUBERUM p. 195: "Rex Russiæ de Plosceke de Livonibus quandoque tributum colligere consueverat". Morem autem agendi quo usi sunt, vel ex uno exemplo, veteris scriptoris verbis allato, discere licet, qui, *Post hoc* inquit *Nogardenses miserunt Regem Vyesecka, -- committentes ei dominium in Darbeta* (castrum Dorpatense) & *in aliis provinciis quas sibi posset subjugare. Et venit idem Rex cum viris suis in Darbetam, & receperunt eum Castrenses cum gaudio, ut fortiores contra Teutonicos efficerentur, & dederunt ei tributa de circumjacentibus provinciis, & quicumque tributa non dependebant, exercitum contra eos direxit, & devastavit omnes terras sibi rebelles.* Vid. GRUBER l. c. p. 191. Non autem Russi soli hoc modo Estonibus tributa extorquere solebant. Principem Norvegum OLAVUM Haraldii F. (Sanctum) similes expeditiones in Oesliam (ut & in Gotlandiam, &c.) suscepisse, & tributa ab incolis accepisse, docet STURLONIDES (l. c. *Hist. S. O. lafi*, C. VI, VII, VIII). Nec vel exemplis ille superiorum, nec imitatoribus, caruit. In univsum de more Russorum, circumjacentes sibi nationes subjiciendi, (non illo sane neque incommodo neque imprudente, sed ad imperium in eadem constans ac perpetuum reddendum non æque



)

(



hoc tempore Tavastis exhibiti, vel querelarum de suis subditis a Svecorum exercitu violatis, aut litium Svecis a Rufforum parte hoc nomine motarum (93); quin laudatæ supra (p. 100. sqq.) literæ Papales contra docent, non nisi *procurasse* gentes prope positas (inter quas Ruffos vel præcipue intendi palam fecimus) ut Tavasti coloniam Svecicam novamque Ecclesiam Fennicam vexarent, quod de populo Ruffis vere subiecto dictum vix credas. Cumque nec ullius præterea existent vestigia Ca-

Q

stri

semper idoneo) memorabile exhibet testimonium vetus scriptor apud eundem GRUBERUM p. 85, dicens: *Est enim consuetudo Regum Ruthenorum, quamcumque gentem expugnaverint, non fidei Christianæ subijcere, (quare etiam nostris præcis scriptoribus pari cum paganis loco habentur), sed ad solvendum sibi tributum & pecuniam subjugare.*

(93) Jura tamen sua sive vera sive opinata haud neglexisse, vel ex legatione patet, quam sub hoc fere tempore Magnus Dux *Alexander Jaroslavi Filius* ad Regem Norvegiæ *Hæonem* misit, ob controversias quæ inter Regni utriusque incolæ in Finmarchiæ confiniis intercedebant; de quare hæc habet *TORFÆUS* (Hist. Norvegicæ P. IV, C. 40, p. 265, sq.) "*Hac eadem hyeme (a. 1251?) qua Nidarosiæ residebat*" Rex, legati Regis *Holmgardi*, seu *Ruffiæ*, *Alexandri* accesserunt, de contentionibus Præfectorum Regis *Finmarchensium* cum *Kyrialis*, sive *Carelis*, qui *Ruffiæ Regis tributarii erant*, questi. Hi enim mutuis se invicem cædibus atrociniisque infestabant; id vero qua componi optime ratione posset, in consilio disputatum, --- Rex verno tempore suos una cum *Rufficis* illis legatos *Holmgardum* mittit; --- Ibi tum nova pace, redactis in concordiam provinciis, cautum ne *Kyriali Finnis*, nec hi illis in posterum nocerent; quod tamen haud diu duravit." E quo loco simul intelligitur, partem *Carelis*, ac illam quidem quæ septentrioni proxima fines *Finmarkiæ Norvegicæ* attigit, *Ruffis* jam fuisse subiectam (pro qua itaque defendenda solliciti erant,) quo tempore a liam hujus regionis partem (eam quæ ad nostram propius spectabat patriam?) hostiliter vastabant: quod nec videri mirum debet, cogitantî *Novgorodenses* potentiam suam, non unam ob causam, *Mare Album* versus ac Provincias *Dwinæ* vicinas, extendere jam diu laborasse,

stri a Russis in Tavastia, vel pro defendenda contra hostes provincia exstructi, vel imperii contra incolarum sive levitatem sive ferocitatem firmandi consilio muniti; nullum superesse dubium videtur, quin Tavasti sui hoc tempore juris nullique alienæ potestati, post ecclesiæ quidem Christianæ a Svecis in illa regione fundatæ extinctionem (cfr. supra p. 100) subjecti vixerint. Societate vero cum Russis atque amicitia conjunctos, communi in Svecos odio flagrasse, ac horum consilia armis fidem Christianam propagandi, impedire studuisse, & per se verisimile est, & ex adductis supra testimoniis luculenter patet; confirmaturque eorundem Russorum, in simili consilio Teutonum, Estonum convertere & subjugare adnixorum impediendo, prudenter satis inita ratione. Cfr. GRUBER l. c. p. 161, &c. Magnum tamen Principem Russiæ *Alexandrum* (Newski dictum), Svecorum in Finlandia progressibus ipsum semet palam opposuisse, quod conjecerunt viri illustres, non affirmaverim; nec quæ de victoria ab eo de Svecis (consilia sc. hæc sua impedire conantibus) ad Newam reportata ex Russorum Legendis afferuntur (94), digna esse puto quæ patriæ Historiæ inserantur monumentis.

Quam

(94) Vitam Magni Principis *Alexandri Newski* cognominati, qualem Russi olim adornarunt, ejusdem esse commatis ac plerasque Legendas Sanctorum ab Occidentalibus Christianis confarcinatas; a partium studio v. cuius nemo puto non videbit, qui vel breve ejus quod exhibit III. MÜLLERUS l. c. T. I, p. 281-314, compendium examinaverit. Tempora, nationes & eventus interdum confudisse, omnia in majus extulisse, fictis miraculis exornasse, apertum est; fortassis etiam facta ei adscripta sunt, quæ postea demum contigerunt? Sed non vacat in hæc inquirere. Si, quæ de Rege Romano victo Legenda Russica narrat, ad bellum tempore Regis *Birgeri*, adeoque post mortem demum *Alexandri* cum Russis gesti non sit potius referendum, quod se aliquando suspicatum fuisse ipse significat MÜLLERUS (l. c. p. 284, not.), credi



)

(



Quam late per Tavastiam arma sua Dux circumtul-
lerit, quamque ejus subjugaverit partem, definire haud
valemus. Verisimile autem est, præter eam regionem
quæ *Satacundiæ* (95) venit nomine, provinciam *Tava-*
stia, quæ proprie dicitur, lacubus varie sectam, commu-
nicationem tamen & commune effluvium aquarum ha-
bentibus, qua quidem habitata jam fuit, aut hoc tempo-
re, aut per relictas a Birgero copias, non multo serius,
ad lacum usque *Päjjäne*, imperio subjectam fuisse Sveci-

Q 2

co.

potest expeditionem indigitari a privato aliquo vel Sveco vel Dano,
sive *Johanne* Duce (de quo cfr. Chron. Rhythm. p. 33, ERICUS OLAI
p. 62, Ed. Locc.) sive alio, paganis debellandis laudem & veniam pec-
catorum, more temporis acquisituro, conjuncte cum Equitibus Livo-
nicis susceptam. Vid. LAGERBRING l. c. P. II, C. 12, §. 38 & 39,
p. 369 sqq. Cfr. *St. Petersburg Journal*, 1777, p. 409 -- 418.

(95) Hujus nominis quæ sit origo, nosmet plane latet. Interpre-
tari autem licet *regionem centenariam* vel *centumpaganam* (centum
vel fundos vel pagos complectentem?) a vocabulis Fennicis *Sata* cen-
tum, & *Sunda* enclitico, *tractum*, *societatem*, *cætum* vel *complexum*
quemcunque rerum plurium junctarum significante; ut *Maakunda* (a
Ma terra, regio) *totum imperium*, *Meškakunda tractus silvestris*, *Kylä-*
kunda totus pagus, (Bylag.) *Hippakunda Diœcesis Episcopalis*, *Väiväkunda spa-*
tium diei & noctis, *Skakunda, tota ætas*, &c. An a Svecorum *Sundari*
imitatione expressum est, ad *Territorium* significandum quod caput qua-
si regionis recens occupatæ primo constitutum fuit, ac ubi colonia ali-
qua Svecica (quæ postea periit aut cum veteribus terræ incolis confusa
evanuit?) collocata tum fuit; forte in parœcia *Birkala*, cujus ipsum no-
men, Svecici soni, *oppidanorum* quendam cætum qui sedes ibi delegerit,
prodere existimetur? Cui opinioni firmamentum inde aliquod accedere possit
putari, quod hujus parœciæ Templum, circumpositorum fuisse antiquis-
simum & primis temporibus in tota hac regione unicum, veteri tradi-
fama dicatur, eamque ob causam etiamnum *Wanha Kirko, templum vetus*,
appellatur? Cfr. Cel. P. A. GADD *Beskr. öfver Satacunda Häraders*
Norra del, p. 10, not. Sed incertis hujusmodi immorari conjecturis,
non attinet.



co. Borealiorem vero tractum, maximeque ditionem Rautalambensem, nullos adhuc alios, præter Lappones, certos habuisse incolas, indubia fide constat. (Vid. *Abotidn.* 1778, N. 21).

Post occupatam pacatamque armis provinciam, Castrum firmandæ dominationis continendorumque in officio incolarum causâ Ducem communiisse, diserte veteres tradunt auctores; cui nomen datum *Tavastaborg*, unde postea *Tavastbus* effectum, quod aliquando etiam *Kronoborg* appellatum fuisse, testantur (96). Coloniam quoque Svecicam in devictam bello regionem fuisse deductam, testimonio antiqui scriptoris constat indubio; cui tamen utrum in Tavastia proprie dicta sedes assignata fuerit, an in ea Ostrobotniæ ora ubi adhuc Svecicorum colonorum posterius reperiuntur, dubium videri queat?

po

(96) Chron. Rhythm. Majus p. 23:

The Christne bygde thet et Fäste,
 Of satte thet i bade wänner of nåste;
 Thet Huus thet heter Tavastaborg,
 The Hedne hafwa an thetfdre sorg.

ERICUS OLAI I. c. p. 59 (Ed. Loceen.) *Multis igitur Christianis effectis, validissimis muris fortalium extruitur, & Tavastaborg appellatur, ac munitione necessaria roboratur, custodibus deputatis.*

Alio autem loco, res anni 1496 describens, *Chron. Rhythm.* habet (p. 545): *The drogo in för Kronaborg
 Man plågar thet Tavastahus kalla.*

In Literis Regis BIRGERI, dat. a. 1308, in crastino annunt. *Mariæ* (apud HADORPH. *Bih. til Kijm-Chronikorne*, p. I. sqq.) jam vocatur *Tavestahus*; cfr. ib. p. 9. Non modo ad continendos in obedientia indigenas, sed etiam ut a *Rufforum* tutiores redderet incursionibus (Careliorum nempe, Ruffis conjunctorum, aut his ducibus utentium), castrum hoc Ducem erexisse, haud improbabiler docet *MESSENIUS*, *Scand. T. II. p. 36, & T. XII p. 117.*

posteriore tamen sententia veri specie majore semet commendante (97).

Templorum etiam quorundam ædificandorum *Birgerum* fuisse auctorem, a consilio ejus, incolas ad Christianæ religionis professionem adducere studentis, haud est alienum; certis vero demonstrari posse argumentis, non credimus (98): nec quomodo cæterum res provinciæ constituerit, aut cui eam regendam tradiderit, constat.

Q 3

MES-

(97) Chron. Rhythm. l. c.

The satte thet land med Christnå mån, (ita Svecos apellat)
Ewa som jak wånter thet star ån.

Ultima hæc verba docent, scriptoris ævo eam adhuc floruisse coloniam; unde aliam quam Ostrobotniensem illam intendisse, vix potuit: quæ res MESSENI narrationi de loco appulsus Classis Sveciæ, ad Tavastos oppugnandos missæ, haud parùm simul addit firmamenti. Cfr. supra p. III, not. (84). Alteri vero favet opinioni, quod coloniam constitutam Castri munitioni subjungat auctor vetus; præterquam quod in parocia *Birkala* varia ostententur vestigia antiquitatis, quæ priscorum mores Svecorum prodere credas; ex. g. *Kåråjån Edmån*, tumulus e quo judicia olim fuerint dicta, *Tumulus sepulchralis* in insula *Råuharin Saari* (in lacu *Nåhjärvi*) ubi fragmina urnæ sepulchralis reperta sunt? quamquam hæc ad ætatem Christianis temporibus superiorem spectare videntur? Cfr. supra p. 119, not. (95)

(98) *Hattulense* templum ædificasse, quod hinc omnium in Tavastia sit antiquissimum, asserit Auctor ill. *Vitæ Ducis Birgeri* Stockholmiæ 1754. Svet. editæ, p. 77; quo subnixus veterum testimonio? haftenus nescimus. Nec aliud habet quo hanc eandem confirmet opinionem LIMNELL *Disp. de Tavastia* Cap. Post. §. 5, p. 31, nisi famam incertam. Verba ejus talia sunt; *Sexta est Parocia Hattula, cujus templum primarium lapideum vetustissimum est, cœvumque, ut fama fert, arci Tavasteburgensi.* Inter antiquissimas illius terræ Ecclesias fuisse, certum est; anno enim jam 1324 Episcopus Aboensem *Benedictum* eam visitasse, discimus ex literis ejusdem, datis in curia sua *Vanö* (a. 1324), die *beatæ priscæ virginis*, ubi dicit se *procuracionis suæ officium in Hat-*



)

(



MESSENIUS Episcopo Finlandensi (*Beroni*, Cancellario Regis & ejus consanguineo?) civilem quoque in suæ Diocesis incolas committam potestatem fuisse, existimasse videtur (99); quam rem nos affirmare non audemus: qui pariter quæ hujus regionis hoc tempore facies ac quis cultus fuerit, ignoramus (100). Ultra annum Ducem in Fin-

talum egisse. Vid. Lib. Eccles. Aboëns. Fol. 152; in quolibet nullæ reperiuntur literæ, in Castro Tavastiæ datæ, anno 1319 superiores. Ecclesias autem *Vânö* & *Hauho* suos pariter eodem fere tempore jam habuisse Pastores, ex literis patet quas a. 1329 *Martinus Curatus in Haw* & *Johannes Curatus de Vaanö* sigillis suis appositis confirmasse leguntur; Ibid. Fol. 150. Ac ante a. 1340 Ecclesiam quoque *Säxmäki* suum jam habuisse *Rectorem* sive pastorem, indidem discimus Fol. 1. & 3.

(99) Vid. verba ejus supra, p. III, not. (84) allata, quibus affirmat *Tavastos Christo & Sveciæ regno subjugatos* (Ducem) *Rendamecheni* commendasse *Antistiti*, veluti in utriusque conservandos obedientiam, *Castri adminiculo*, cæt. Sed firmamenta sententiæ suæ idonea desiderantur. Quin autem obedientiæ Episcopi Finlandensis in spiritualibus, ut loqui solebant, subjicerentur, dubium non est.

(100) *Vastis* fuisse adhuc silvis obtectam, certum haberi potest. Unde & aliorum loco redditum, Episcopo *quatuor pelles* (Sciurorum? an Erminearum?) quemque, sive patrem familias sive virum adultum, pendere jussum fuisse, novimus; cfr. *Wibang til Åbo Tidn.* 1785. p. 126. Quod tributum exigui haud fuisse valoris, adeoque nec venationis opportunitatem nec numerum incolarum contemnendum) vel ex infra scriptis literis colligere licet; *Universis presentes litteras inspecturis Johannes Curatus in Vanö, Sveno & Benedictus Fratres sui, salutem in Domino sempiternam. Per presentes noverint universi, nos venerabili Patri Domino Benedicto, Dei gracia Episcopo Aboënsi, unum Fyärdingxhol & unum atansbol terræ in villa Jumalaby in Alandia, pro quarta pelle tributi Episcopalis de Tavastia, que per officiales Domini Karuli de Ecclesia Haw sublata fuit, impignerasse, tali cum prehabita ratione, quod si prædicta pellis aut ejusdem valoris, sufficiens in prædictam Ecclesiam Haw infra festum sancti Martini futurum proximum restituta non fuerit, memorata terra, in quantum se per octoginta Mar-*

Finlandia detentum esse, ac sequente demum anno 1250 in Sveciam, morte Regis revocatum, transmississe; communi scriptores consensu tradunt. Unde verum expeditio-

chas Denariorum extendit, eidem Patri Venerabili memorato & ecclesie remanebit perpetuo possidenda. In cuius rei testimonium, quia sigilla propria non habuimus; sigilla virorum discretorum Hermannii Hundebæth & Nicolai Fillandh; civium Aboensium, presentibus duximus apponenda. Actum Kustui Anno Domini MCCCXXX tercio; in dominica passionis. Exstant in Libro Privilegior. Eccles. Aboënsis sæpè laudato, Fol. 5. Ad eas autem intelligendas notandum est, Tavastos tres quidem pelles Episcopo pendere non recusasse; de quarta controversiam fuisse, ut pluribus infra docebitur. Ac dubium non est, quin post expugnatam a Svecis provinciam, silvæ multæ sensim excisæ, agriculturaque aucta fuerit: Anno certè jam 1334 floruisse quodammodo necesse est, quoniam in literis, eodem anno, Dominica proxima post Egidii Abbatibus, communiter datis, Rex Magnus & Episcopus Benedictus dicunt, se in sedacionem controversie inter Dominos Curatos Ecclesiarum Terre Tavastie ex una parte, & rusticos ibidem ex altera, -- ventilate, -- Compositionem & pactum fecisse & stabilivisse -- quod singulis Curatorum per parrochianos suos de quolibet aratro due carpe ordei planate, vulgaritèr dicte struënekarpe, item racione apparatus una planata carpa avenè, & nihil amplius nomine apparatus, (dari debeant). Item tantum feni de tribus aratris quantum de uno aratro ad Castrum dari & deferri solet. Omnia vero alia juri Sacerdotali debita, quomodolibet nominata, secundum antiquitatem inductam consuetudinem annuatim exequi a modo in perpetuum tenebuntur. Leguntur lbid. Fol. 5. Cfr. Wis. til lbo Tidn. 1785, p. 123, & quæ ibidem p. 112 sqq. de Edicto R. Magni eod. anno, sexta feria proxima ante Philippi & Jacobi Apostolorum, scripto, disputantur. Ad hanc eandem rem confirmandam atque illustrandam pertinet Bulla Papæ Benedicti XII, data Avenione XVI Kal. Julii, Pontificatus sui anno sexto (die 16 Junii 1340); qua ad petitionem Henrici, Hartmani F. Rectoris parochialis Ecclesie de Sâxamâki, severe improbat contumaciam nonnullorum parrochianorum ipsius, qui de proventibus terrarum, vinearum, ortorum, molendinorum, pratorum, possessionum ac aliorum bonorum que infra limites parrochie ipsius ecclesie obtinent, decimas eidem ecclesie solvere indebite contradicebant, quandam pravam consuetudinem, que corruptela dicenda est potius, pretendentes, videlicet

tionis hujus susceptæ annum, 1249 fuisse, MESSENIUS recte jam asseruit (101).

Quod illustrem atque de patria sua immortaliter meritum Ducem BIRGERUM, Auctor noster quasi minus sibi notum *quendam Birgerum Jarl* appellat, id non tam vel contemptui cuidam vel ignorantix tribuendum, quam stili curæ minus diligenti, more temporis adhibitæ. Cui eidem adscribere decet, quod *Birgerum* nominet *generum* Erici Regis Sveciæ, quem *sororis maritum* dicere debuisset; in quo ERICUM OLAI præeuntem habet, qui *Chronici Rhyebmici* auctorem male intellexit, apud quem hæns (Regis) *Magh*, ampliore vocabuli quam qua vulgo nunc venit significatione, appellatur, licet sororem Regis *Ingeburgim* in matrimonio habuisse, expressis verbis simul doceat. (Cfr. IHRE *Glossar.* voc. *Mag*).

Παρόραμα vero manifestum haberi debet, quod auctor Dissertationis de S. Henrico, P. I, §. II, p. 6, BIRGERUM Ducem, *comite Petro Arosiensium Episcopo, Tavaustos religionis pariter atque imperii Sveonum obnoxios esse jussisse*, dicit; quem Episcopum *Petrum THORKILLO CANUTI, Regni Marscalco, Carelios* quadraginta circiter annis ferius domanti, hujusmodi operam præstitisse, narrari notum est, & infra commemorabitur. Expeditionis autem in Tavaustos

quod de talibus nulli adhuc decimas persolverunt. Unde intelligitur, auctam & extensam eo tempore vehementer fuisse Tavastorum in agris solendis industriam, Cfr. cit. *Bih. til Åbo Tidn.* 1785, p. 124, not.

(101) *Scand.* T. XIII, not. DLXXXVII, p. 68 & 69. Quare etiam lectionem quam Codex Bibliothecæ nostræ Academicæ habet, in edendo JUUSTENI textu, trium reliquorum quos vidimus consensui prætulimus, licet illa quidem pars Codicis non antiqua, sed *Henrici Brenneri* manu scripta sit; ita ut suspicari sane liceat, errorem hunc ab ipso *Juusteno* esse?

stos susceptæ alium Præsulem, Archiepiscopum nempe Upsalensem *Jarlerum*, auctorem & tuatorem Regi fuisse, JOHANNES MAGNUS contendit; nullo tamen neque ille assertionem suam argumento confirmans, ac quamcunque æterum avide quærens occasionem, Episcoporum, atque Upsalensium maxime Antistitum, laudes & de republica & populo Sueonico merita inculcandi (102). Non tamen improbable est, Archiepiscopum ut & Suffraganeos suos, gravi Pontificis mandato esse obsecutos, a quo vivos *Catholicos in regno Svetiorum & vicinis insulis positos, ut contra Tavaistos apostatas & barbaros crucis signaculum assumentes, ipsos viriliter & potenter expugnarent, præceptis salutaribus inducere, utique jussi sunt* (103): quam au-

R. Sto.

(102) *Gothor. Sveonumque Hist. Lib. XIX, C. XV.* Verba ejus sunt: *Ad hoc quoque tam necessarium negotium (bellum Tavaistis inferendum) continuas preces adhibuit prudens & optimus Archiepiscopus Upsalensis Jarlerus, sive, ut alii dicunt, Olaus, Jarleri antecessor. Qui --- non quievit, donec ejus potenti & efficaci opera interveniente, infinitas animas diabolica fraude deceptas, ad ovile Christi perductas videret. Successum vero expeditionis exponens addit: qui (Tavaisti) non solum Christi fidem integro pectore admiserunt, eamque hactenus tam incorrupte præstiterunt, ut & optimi Christiani & fidelissimi erga Svetiæ Principes semper fuerint æstimati: digni profecto quod a Regiis Præfatis & terrarum dominis minus, quam modo fit, gravarentur. Quam boni Christiani, per Pontificæ Religionis apud nos dominantis tempora fuerint, non dixerim: sed fidelitatis in imperantes laude recte ornari, nemo negare potest; nec indulgenter aut benigne semper pro merito tractatos fuisse, fatendum sane ac dolendum est!*

(103) Bullam hanc Papæ Gregorii IX a. 1237 datam, supra jam allegavimus (p. 100).

Num ex nomine propugnaculi *Tavesta-Skans*, in parœcia Sudermannicæ *Skyllinge*, ubi effluit lacus *Vamelen* olim constructi, cujus adhuc superesse rudera dicuntur, inferre liceat, vel piratarum Tavaistensium aliquam in illa loca irruptionem, vel aliam nominis utriusque affinita-

toritatem non parum ad bellum incitandum Svecicique exercitus & numerum augendum & animos inflammandos valuisse, credendum est.

(e) De expeditione, a laudatissimo illo Regni Marchalco & Regis *Birgeri* adhuc adolescentuli tutore THORKILLO CANUTI suscepta, qua perfecit ut tota tandem Fennia nostra imperio subiceretur Svecico, paullo accuratior quam de superioribus R. ERICI & Ducis BIRGERI rebus apud nos gestis superest notitia. In Carelico igitur hoc bello describendo opus non est ut operose versemur; de quo consulantur cum *Chronicon Rhythmicum Majus* (l. c. p. 56 — 70) & ERICUS OLAI (l. c. Ed. Loec. p. 83, 86 — 89), tum LAGERBRING (l. c. II D. C. 17, § 10, 11 & 12, p. 670 — 680).

Caussas illius suscipiendi graves justasque Svecis haud defuisse, vel ex superioribus intelligi satis potest; quas nervose expositas legere licet in Literis Regis BIRGERI *Advocatis & Consulibus civitatis Lybecensis maritimarumque civitatum mare orientale (Östervisjön) frequentantium, datis Örebro III non. Martii 1295 (104)*, ubi dicit: *Hinc est,*

tem? non dixerim. Indicare tamen, antequam a Tavastorum antiquis rebus persequendis discederemus, etiam hanc voluimus, obscuri vocabuli significationem exquirendi, semitam? Cfr. de hujus castris situ & rudibus RHYZELII *Sviog. Munita*, p. 190, & TUNELDS *Geogr. öfver Sverige* V. Upl. I D. p. 125 (VI Upl. I B. 2 D. I C. p. 27).

Sunt qui Ducem BIRGERUM, dum in Fennia versaretur, Arcem quoque Aboënsis (alii addunt *Castelholmensem* in Alandia) aut primum exstruxisse, aut certe reparasse ac ornasse tradant; ejus autem rei testimonia & argumenta idonea nos latent. Cfr. BOTIN *Sw. Folkets Hist. 5:te. Tidhm.* 10 C. p. 393.

(104) Apud DREYERUM, *Specim. Juris Publici Lubecensis*, p. 174, citante LAGERBRINGIO l. c. §. 9, not. (3), & §. 10 not. p. 670 & 673.



est, quod quandoque paganos Karellos, qui multis retroactis temporibus latrocina, spolia & infinita enormia, nulli parcetes sexui, statui vel ætati, utpote vivos excoriando, captivos plurimos eviscerando, diversorum tormentorum, generâ nostris non tantum, sed & plerisque mare orientale visitantibus inferebant, ob unitatem fidei catholicæ dilatandam, miserorum miseriis condolentes ad fidem convertimus Christianam, & cum ingenti exercitu & sumptibus laboriosis castrum Viborg erexit, ad honorem Dei Virginisque gloriose, ad Regni nostri tuitionem, nec non ad securitatem mare transeuntium & pacem. Verum neque Romani præterea Pontificis vel exhortatione auctoritateque ad hanc expeditionem suscipiendam, vel auxilio quale Ethnicos bello aggredientibus suppeditare iis temporibus lubenter solebat, nempe facultate crucem contra hos infideles prædicandi, (ut appellare moris erat), destituebantur. Quod ex Literis patet Papæ, ad Electum Upsalensem tempore jam R. WALDEMARI datis, (quarum copiam benigne nobis fecit Generosiss. Dn. *Aula Cerimoniarum Magister* cæt. CAROLUS FRIDERICUS FREDENHEIM (105)); ubi dicit

R 2

Pon-

(105) Habetur in Bullarum copia, ex Archivo Romano de promptum, quarum exemplis nitidissime scriptis, Virum Generosissimum, Papa PIUS VI, in Patriæ nostræ Historiæ insigni commodum, munifice ornavit. Et hæc & quasdam alias, ad Fennicas res illustrandas pertinentes, veniam Generos. Possessoris nactus liberalissimam, in *Sylloge Monumentorum* huic operi adjicienda, suo loco integras dabo. Dolet in adscriptis nostro exemplo notulis eruditis Max. Rev. & Cel. Præpositus cæt. CAR. GUST. NORDIN, arbiter sane hujusmodi rerum idoneus, omnia quasi conspirare ad extinguendam facem, qua ad hujus Bullæ ætatem indagandam duceremur. Non Papæ, non Archiepiscopi nomen: non locum, non pontificatus annum &c. extare. Ex iis tamen quæ habent Litteræ de Waldemaro per Sveciam regnante, & de Electo Ecclesiam Upsalensem curante, conjicit eas datas intra a. 1270 & 1274; adeoque a Papa

Pontifex: --- "Sane literarum carissimi in Christo filii
 "nostri Valdemari, Svecie Regis illustris, tenor amarissi-
 "mus nostrum auditum tribuit (106) & animum, de gra-
 "vissimis & duris insultibus, quos ejusdem Regni fideles
 "ab inimicis Christi qui Ceriali vulgariter appellantur, &
 "a Paganis aliis circumjacentium partium (107) sepe se-
 "pius patiuntur. Verum inter alia diversa discrimina que
 "apud (108) dicto regno intulit hujus generationis perfri-
 "dia & crudelis (109), hoc anno precipue quasdam par-
 "tes ipsius Regni furiose ingrediens (110), multos de fi-
 "delibus ipsius interfecit immaniter, plurimum effudit san-
 "guinem, multasque villas & terras consumpsit incendio,
 "prophanavit quoque sanctuaria & diversa pia loca divino
 "cultui deputata, multis privilegiis (111) sacro fonte re-
 na-

*Gregorio X ad Felkonem Archiepiscopum. Cumque hæc Formula, ut dici-
 tur, (e Formulis namque esse Marini Ebuli, Formulam 2774, p. 275
 1. Cod. Mscr. in Archivo Pontif. Roman. in adscripta margini apogra-
 phi primi nota dicitur) variis navis scatere, conspiciatur, plerosque
 corrigendi rationem simul proponit; quam itaque subjiciemus.*

(106) Leg. *tribulavit*. NORDIN.

(107) Ingros, Watlandos &c. Puto etjam *Ruffos* intelligi!

(108) Leg. forte *ante*. NORDIN.

(109) Leg. *Crudelitas*.

(110) Incurfionem vehementem in vicinam Tavaftiam nuper a Svecis domitam, reliquasque Finlandiæ regiones factam, indicari exi- ftimo, cujus nulla cæterum alia, ad nos pervenit memoria. Si alias quam remotas has, neque femper debita cura protectas, imperii partes, tanta calamitas contigiffet; aliqua puto ejus in monumentis horum temporum exfaret memoria. Sæpe autem crudeles hujusmodi injurias iis temporibus miseram paffam esse Finlandiam, vel ex iis quæ de vastatione Tavaftiæ, fedente Epifcopo Magno facta, infra adferentur, palam fiet.

(111) Leg. *multisque pueris*; quod vel contextus docere potest.

natis secum adductis miserabiliter, quos pro dolor! ritibus²² prophanis instructos suæ servituti gravissimæ dampnabiliter applicavit, pavendo (112), sicut dicitur, in furore²² sui animi & vehementi (113) cordis ad ulteriora seu²² gravissima progredi, nisi generationis ejusdem stupenda²² fevicia, per instanciam virtutis objecte, corruat, & per²² consequens sub conditoris omnium mirifica potentia con-²² tremisecat. Quare predictus Rex & per speciales suos nuntios²² & literas instanter postulari fecit a nobis, ut super hiis²² providere de opportuno consilio & festino subsidio cu-²² raremus. Cum itaque Apostolica sollicitudo deposcat officii,²² sub tanta diversitate discriminum promptum & salubre re-²² medium adhiberi, nos Regis ejusdem precibus pio con-²² currentes affectu, discretioni tue per Apostolica scripta²² distincte precipiendo mandamus, quatenus per te ac ali-²² os religiosos & seculares in quorum labiis divini eloquii²² gratia sit diffusa, contra predictam generationem perfi-²² dam in Regno ipso predices Verbum Crucis, eamque,²² volentibus illam assumere cum debita reverentia, lar-²² giaris, concessa (114) illis de regno ipso, qui in perso-²² nis propriis & expensis, contra paganos proficiscuntur²² eosdem, illis quoque qui in expensis propriis illuc mitterent²²

R 3

(115)

Præterea non est Fennis ignota hæc infelicitas; qui recentioribus etiam temporibus liberos suos, ac maxime pueros, a Russis abductos fuisse & peregrinæ religionis imbutos principiis, narrari dolenter a majoribus sæpe audierunt.

(112) Forte leg. *parando*. NORDIN.

(113) Leg. *Vehementia*. NORDIN.

(114) Ulcus hic esse videtur, cujus sanandi rationem nondum reperi.

“(115) ydoneos bellatores, nec non eis qui ad hoc de
 “bonis suis aliquid largientur, juxta quantitatem subsidii
 “& devotionis affectum, illam sacram concedimus veni-
 “am peccatorum, que transeuntibus & subvenientibus in
 “Terre Sancte subsidium a Sede Apostolica in generali con-
 “scilio est concessa” Quarum literarum, Historicis nostris
 hactenus ignotarum, eo longiorem placuit locum addu-
 cere, quo uberiores rebus horum temporum lucem af-
 fundunt: ex quibus non tantum necessitas intelligitur Ca-
 reliorum coercendorum, sed capti etiam ejus consilii æ-
 tas longe, quam vulgo putatur, superior elucescit; licet ob-
 motas per ambitionem Fratris sui turbas, neque Rex WAL-
 DEMARUS exsequi illud posset, nec Regi MAGNO latis otii
 ad remotas has regni sui provincias valide tutandas, su-
 perfuisse videatur. Quare THORKILLUS novis fortasse etiam
 barbarorum provocatus injuriis, qui ægre quiescere po-
 terant, huic malo radicitus tollendo animum tandem ad-
 jecit; ac auxilio a Papa oblato, ad copiarum augendum
 numerum, sine dubio utus est: quod significare etiam
 ERICUS OLAI (l. c. p. 83) videtur, qui *prædicata fide &*
Cruciata (116) Carelos fidem Catholicam suscepisse dicit.
 MES-

(115) Leg. mittent?

(116) Bulla scil. Papæ, qua ut ad fidem Christianam suscipiendam
 Carelii adducerentur, Svecos (larga peccatorum venia proposita) ad ar-
 ma capiendam, quibus religioni præstandum hoc obsequium barbaris ex-
 torquerent, exhortabatur. Miram autem hujus vocabuli LOCCENIUS
 (in notulis ad ERICUM OLAI p. 212), proponit explicationem; cui
Cruciata fuisse *Historia de cruce Christi videtur*, Careliis sc. prædica-
 ta. Fatendum tamen est, impeditius hoc loco scribere veterem Histo-
 ricum, qui prædicatæ *Cruciatæ* primum, & deinde *fidei* Careliis ab
 armatis Apostolis annuntiatæ, mentionem facere debuisset.

MESSENIUS autem (117) disertis verbis asserit. Cum classe recta oram petiisse hostilem, veteres testantur auctores, incolasque domuisse, terram occupasse, arcem Wiburgensem, (cum ad novos coercendos subditos, tum ad fines imperii contra Rusorum impetus muniendos defendendosque) condidisse: deinde rebus bene gestis in Sveciam reversum, postquam novo castro virum præfecisset egregium & fortem, præsidio militum sufficienti ornatum. Cujus Præfecti (nomen ejus non indicat) virtute, diligentia atque constantia, maximam Careliæ partem, post discessum demum Marscalci subjugatam fuisse, docere auctor *Chronici Rhythmici* videtur (118); ac eundem etiam

(117) *Chron. Rhythm. Finl.* P. 21; ubi de THORKILLO canit;

Låt utgå bref hårpå och rop,
 Håmtar så samman en stor hop,
 Som hade röd kors sit bröst på,
 Dø för Christna tron eij förså.
 Hos Gud wånta derföre lön,
 Från Nom gafs bonom lofwen ffdn.
 Lil hwilka församlas andra
 För sold. Etc.

(118) Auctor *Chronici Rhythm. Majoris* p. 56:

Of lato thet Huus (arcem Vib.) alt mura med steen:
 Sidan foro Herrana ater heem igen,
 Of satte ther en Sougde, then
 Ther wål torde se wrede män,
 Of wid Hedninga war eij alt för oblijder.
 Han (Præfectus Castri?) tvingade Carela swa omsider,
 At thet alt under Wijborg laa,
 Wål fiorton Gista Lagh stoor of sma.
 Kalensholm (Kexholmia, Fenn. Kälisalmi) war tha wunnen.
 Med Christna män, och stod obrunnen,

=====

etiam *Kexholmiam* expugnasse, adeoque *Ruffos*, quos probabile est *Careliis* novum imperium aspernantibus, solenni suo more auxilium tulisse, atque ea re *Svecos* magis etiam offendisse, palam bello petiisse (119).

Careliæ autem nomine, hoc tempore a *Svecis* devictæ ac occupatæ, *Savolaxiam* etiam comprehensam fuisse, (cu-

The the worde fangne of them,
Them förde the mōd sil til Wiborg hem. Etc.

Cfr. ERICUS OLAI l. c. p. 83; qui tamen magis turbate has res persequitur. Quare non est forte spernenda illa *Rufforum* narratio, (cujus meminit MÜLLERUS l. c. T. V, p. 420), qua a. demum 1295 *Kexholmiam* fuisse a *Svecis* expugnatam (*ædificatam* per errorem dicunt, cum vel ipsum nomen ejus Fennicum arguat, a *Svecis* primum non esse conditam, sed veterem fuisse incolarum arcem) traditur. *Gisflaig* quid loco *Chronici Rhythmici* adducto significet, difficilius explicatu est. *Territorium* vertit IHRE, *Glossar.* h. voc. *Pagos* fortassis, sive parvas quasdam velut civitates, fœdere inter se conjunctas, potius dixeris? quales olim erant Germanorum; ut *Semnonum*, quos *centum pagis habitasse* TACITUS dicit, *Germ.* c. 39; de cujusmodi tamen pagorum ratione cfr. Id. lb. c. 16. Cum vocabulo Fennico *Riblafunda* (*tractum fœdere aliquo inter se junctum*), quo hodie pro *Svec. Hårad* utimur, affinitatem habere videtur; an & inde corrupte formatum? In hujusmodi pagos Fennicam totam gentem fuisse olim divisam, valde probabile est; & *Estonum* quoque exemplo illustratur, quos ex locis multis veteris scriptoris quem GRUBERUS edidit, tales quasdam societates inter se iniisse intelligitur.

(119) Cfr. supra p. 118. Eam vero *Careliæ* partem, nostris proximam finibus, quam suo *Sveci* imperio subjiciebant, ad *Ruffici* Regni provincias non pertinuisse, sed fœdere tantum aliquo ac amicitia cum *Ruffis* fuisse sociatam, vel ex laudatis (supra p. 126 sq.) *R. Birgeri* Literis intelligitur, ubi allatis a nobis verbis, subjicit: *Quod quidem Karelos in suis perverſitatibus & nimia perfidia Ruteni, tantum temporalibus & deprædationibus inhiantes, divino timore poſtponito, confoverunt, (h. e. adjuvarunt, excitarunt); quæ hos Carelios populum fuiſſe liberum, fatiſ ostendunt.*



)

(



(cujus hoc nomen, uni tantum Ecclesiæ sive Paroeciæ primū, illi fere quæ Sti. MICHAELIS hodie dicitur, multo tum larius patenti, ac toti postea sensim provinciæ adhæsit); indubium putamus. Parum vero hanc provinciam fuisse habitatam, ac maxime partem ejus septentrionalem nondum multos habuisse incolas, (si Lappones illam pererrantes excipias) probabile est; quos paullatim, & ad religionem profitendam christianam, & ad Svecorum agnoscendum imperium fuisse adductos, idoneis doceri argumentis potest (120).

Petrum Elavi, Episcopum Arosiensem, non modo comitem] hujus expeditionis Marscalco vulgo adjungunt, sed & religionis Christianæ inter Carelios propagandæ præcipuam illi curam fuisse commissam, & laudem convertæ barbaræ gentis inprimis deberi, docent (121). Cujus quidem navatæ ab eo operæ *Chronicon Rhythmicum* nullam facit mentionem. Sed addit ERICUS OLAI (l. c. p. 83), in eo inquit opere (per gladium subigendi populi Carelici & fortalicii Viborg erigendi) præcipuos authores fuisse *Dominum Torcbillum Marscalcum, & Petrum Episcopum Arosiensem*; quem eundem *Cancellarium & Consiliarium* antea fuisse *R. Magni Ladulæs*, constat (122). Haud neglexit vero JOHANNES MAGNUS, suo more, laudes Episcopi amplissimis augere & celebrare verbis (123): quem nimis

S

li-

(120) Occasione incursionum, partim Russicæ, supra (p. 115) commemoratæ, partim Svecicæ, Carelios plures ex meridionalibus terræ suæ partibus, ad remotiores has migrasse, verisimile est, ac etjam Ostrobothniæ regionem septentrionalem occupasse: qua de re mox.

(121) Cfr. LAGERBRING l. c. 2 D. 17 C. 10 §, p. 672.

(122) Vid. PET. NIGRI *Hist. Episcopor. Arosiensium* (a Nob. Stiermann editæ) p. 9 & 40.

(123) L. c. C XI, Multo majores in tota expeditione Carelica di-

liberaliter alii secuti sunt (124). Parum nos magnifice de meritis ejus sentire, ac de opera imprimis in populo docendo barbaro, cujus linguæ imperitum plane fuisse credimus, præstita, fatemur: qui præcones fidei e Fennia potius fuisse arcessendos, si aliis argumentis quam gladii militum utendum esse Sveci putassent, existimamus. Ad pompam igitur potius quandam & speciem expeditioni conciliandam, Baptismique solennitatem paganis obtrudendi augendam, quam doctrinæ fructum Careliis impertiendum, Episcopum, si vere ille adfuit, comitem adfectum, arbitramur: quia bellum gerere sanctum, ex auctoritate Pontificis susceptum, turba militum cruce signatorum comitante, videri volebant. Fortassis vero, quod ad syadendum bellum ac incitandum, Bullæ Pontificiæ obsecutus, hic maxime contulit Episcopus, laudi ejus ortum dedit? Templorum in Careliæ partibus ædificatorum, memoria obscura valde est: ob monumentorum quæ remotæ hujus provinciæ fata tangunt defectum. Prima igitur hæc tempora quam prope singularum ætas eccle-

rigenda & feliciter perficienda Episcopi quam Marfalei fuisse partes, docere non dubitat. *Quæ inquit, omnia Turgillus consilio & prudentia Petri Episcopi Arosiensis feliciter consummavit. Hic enim Petrus, cum esset in omnibus rebus gerendis prudentissimus, eodem tempore geminam & memorabilem utilitatem effecit. Quippe totam Careliam baptizavit, eandemque munitissimis præsiis confirmatam, Sveonum imperio subjecit. Impudenter sane; nihil fecisse THORKILLUM & cæteros, credas!*

(124) MESSENIUS *Chron. Rhythm. Finl. p. 21,*

Biskopen af Wästerås med år,
 Som legat på Påfvens fida = = =
 Bispem dem (Carelios) underwiste wäl,
 Til sunn 1ro wände mången siäl,
 Fdr Carelers Apostel ty
 Höls han, Etc.



ecclesiarum attingat, vix conijcere licet; uti nec fines occupatæ tum provinciæ accuratius describere (125).

Postquam igitur sic tres inprimis munitissimæ, pro illius conditione temporis, per Finlandiam exstructæ reperirentur Arces, *Aboënsis*, *Tavastburgensis* & *Wiburgensis* (126),

S 2

suis

(125) *Quatuordecim* quidem *Territoriorum* (*Gisla Lag*, quam appellationem diu iis postea etiam adhæsisse reperimus,) a Svecis occupatorum, auctor *Chronici Rhythmici* mentionem facit; qui numerus cum territoriis 8 *Carelia* & 6 *Savolaxia* convenit, quorum nomina inter subscriptores Concilii *Upsaliensis* comparent. Sed neque affirmare audeamus, hujusmodi divisionem eorum territoriorum, ad remota usque illa tempora pertingere; neque aliud fortasse voluit vetus auctor significare, nisi totam illam regionem ad quam suo tempore *XIV* hæc referebantur territoria, arci *Wiburgensi* sensim fuisse subjectam? Addere hoc loco placet, in annotatione *Jacobi Teitz*, die 7 *Maji* a. 1561 scripta, (inter *Acta Palmsh.* Vol. *Finland* reperiunda), ubi territoria recensentur ad provinciam *Legiferi Finlandia* australis (*Eddre = Finne Lagfagu*) pertinentia, *Savolaxiam* & *Careliam* hoc modo describi:

Nysslotts Låhn, Savolar Gisla Lagh.

Wiborgs Låhn.

Åstis Gisla Lagh.

Ågrepå Gisla Lagh.

Kapwes Hårad.

Borgo Låhn.

Quod *THORKILLUM* ipsum a. 1300 arcem condidisse *Olofsburgensens* (*Nysslott*), quam *Russi* anno sequente expugnaverint, asserit *Nob. v. STIERNMAN*, (*Höfdinga. Minne*, L. VII C. I, MS; cfr. *Wih. til Åbo Lidn* 1785, p. 224 sq., not.), id ex manifesta provenit confusione hujus arcis (quam etiam appellatam fuisse *Landstrona* tradunt) cum illa quam juxta fluvium *Newa* in *Ingria* eundem exstruxisse *Ducem*, notum est; (de cujus castris fati cfr. *LAGERBRING* I, c. C. 17, §. II & 12, p. 675 sqq.). In *Savolaxiam* autem *Marscalcum* penetrasse ipsum, ac ad ea usque loca ubi *Castrum Nysslott* est situm adiisse, probabile non est; de hoc autem *Castro* diligentius infra.

(126) Quarum *Aboënsis*, (quamvis primam ejus conditæ definire

luis singulae traditae *Præfectis* (Advocatis, Capitaneis, Castellanis, Fogte, Höfvidemån, cfr. IHRE Gloss voc. Fogde) tuenda; intotidem universus nostrarum hic terrarum tractus, non multo post, tributus fuisse ditiones videtur, eorundem Præfectorum administrationi subjectas: quorum nomina, atque seriem, (admodum licet mancam & hiantem), ad tempora usque R. GUSTAVI I perductam, invenire licet in *Novellis Aboënsibus* (Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo) a. 1785, Bih. p. 179 sqq. Inter hos utrum Aboënsis (interdum saltim?) dignitate auctoritateve præ cæteris eminerit, an temporarium quoddam in reliquos imperium uni alterive viro commissum fuerit? non dicam. Credas tamen hujus rei non nulla reperiri vestigia. (Cfr. l. c. p. 182, 184, 185).

Cui-

ætatem haud valeamus), antiquissimam esse, existimare oportet. Reliquas arces Fennicas, partim multo juniores esse constat, ut *Raseburgensem*, quam circa a. 1372, & *Olafsburgensem* (postea *Nyslotti*), quam circa a. 1475 constructas fuisse tradunt, (de quibus infra), partim minoris fuisse momenti arbitramur, ut *Korsholmensem*; quam si Ducem Birgerum ædificasse, MESSENIO credimus, (cfr. supra p. 111, not. 84), non nisi ligneam fuisse parumque diligenter constructam eo potius putare debemus, quo minus temporis ei fuisse, Tavastiam perdomituro, in Ostrobotniæ littore commorandi, res ipsa docet: præterquam quod auctores veteres, qui Castrum Tavastenburgensis constructi laudem ei tribuunt, Korsholmensis nullam faciunt mentionem. Arcis *Castelholmensis* fundatæ veram pariter ignoramus ætatem; quæ arx præterea hic in censum venire nequit. *Nylandiam* vero ad Wiburgensem pertinuisse Præfecturam, vetera docent monumenta; cfr. Åbo Tidn. 1785 Bih. p. 99, 119, 230. *Satacundia* autem, quod nomen a. iam 1334 in veteribus monumentis occurrit, (cfr. l. c. p. 112, ubi inter cæteras Fennicæ provincias, in literis R. Magni legitur, *Carelia* contra plane omissa), Aboënsi mature tributa fuisse Præfecto regenda videtur; superiore fortassis sive ad orientem atque aquilonem magis vergente ejus parte, excepta?



)

(



Cuinam vero horum Praefectorum Ostrobotnia, antequam suum Korsholmia nacta esset Castellanium, (quod seculo demum XV factum fuisse videtur: cfr. l. c. p. 196, 216, 218), paruerit? non nisi per conjecturam statuere licet. Nec veri specie caret, Carelios, partim a Russis partim a Svecis pressos, his fere temporibus, per hodiernam ditionem Cajaneburgensem penetrantes, (fluviique inde Uloënsis maxime secutos cursum?) ad septentrionalis Ostrobotniæ littora atque Helsingiæ viciniam accessisse: quoniam *Hemmingus* Archiepiscopum Upsalensem circa a. 1350 Karelos in Uloaa, *Rim* & *Sim* (127) habitantes reperisse, nonnullosque eorum, cum quibusdam *Lappis*, prope Templum *Tornoënse* baptizasse, in veteri monumento traditur (128); cujus itaque generis illos quoque fuisse paroeciarum *Salu* & *Rim* (*Salo* & *Kemi*) incolas verisimile est, quibus non multo ante ad fidem Christianam conversis R. *Magnus* & Episcopus Aboënsis *Hemmingus* modum Decimarum, cæterarumque expensarum sacerdotibus suis ferendarum, a. 1735 præscribebant (129). Ex quo fortassis Careliorum, in vacuatum perperuis cultoribus has terras arrepto quondam dominio, (quas Lappones a Bircarlis vexati deserebant, *Tavastia* autem, meridionalem regionis partem inprimis occupantes, nondum vindicaverant), prætentum illud Russorum

S 3

(Ca-

(127) Agros indigitari fluvio Uloënsi vicinos, (paroecias *Muhos*, *Uleå*, *Limingo*, *Ijo* &c.) & paroeciam *Kemi* cum capella *Simo*, palam est.

(128) In illa de limitibus inter dioceses Upsalensem & Aboënsis constituendis inquisitione, per Notarium Publicum a. 1374 instituta, quam exhibet *PERINGSKÖLD Monum. Upland. per Tiundiam* p. 3 seqq. (& cujus in *Registro* etiam *Aboënsi* exemplum habetur, Fol. 131:) de qua infra ex instituto dicitur.

(129) Vjd *Åbo Tidn.* 1785, p. 89 sqq.

(Careliorum puto, Russorum jam imperio subjectorum?) jus in eandem hanc oram effectum fuit, quod Litteræ commemorant incolarum Parœcias Ostrobotniæ *Kemi, Ijo & Limingo* habitantium, a. 1490 datæ, (apud HADORPHIUM, *Bilag. til Rijn-Erdnif.* p. 343 sqq.), de quibus litteris accuratius infra disputabimus.

Cæterum illos *Carelios*, qui sinui Fennico vicini piratica avide exercenda divitias acquisiverant, & numero hominum valuisse, & hinc in terra etiã sua colenda remotioribus popularibus (qui venatui maxime operam dabant) aliquantum præstitisse, existimes (130): quate in literis R. Magni & Episcopi *Hemmingi* de pendendis cle-
ro decimis, a. 1335 datis, (quadraginta fere annis post hanc regionem devictam), indicia agriculturæ jam tum apud eos, quamvis bello attritos & vicinorum Russorum nuper incursionibus valde afflictos, quodammodo florentis, reperire licet (131).

(f) P. 9. *Tristia* cur sua auctor noster vocaret *tempora*, causas reperire facillime licet: qui Tyranni sævitia, civili bello, & externorum hostium crudelitate, patriam suam vexatam, annonæ præterea caritate aliisque malis misere afflictam, viderat. Ad quæ confirmanda, præter ea quæ ab
au-

(130) Estones certe, oppositi littoris incolæ, eodem vivendi genere usos, opibus valuisse, vel inde discas, quod in bello contra Teutones *multa millia equitum & plura millia navigio venientium* collegisse legantur, a quibus prælio victis illi *equorum fere duo millia, & piraticas fere trecentas, præter minores naves acquisivisse*, additur: vid. GRUBER l. c. p. 76 sq. Unde consanguineos quoque suos ac amicos Carelios, piraticarumque expeditionum sæpe socios, non contemnendas eadem arte acquirere opes potuisse, comparando colligas?

(131) Vid. *Åbo Tidn.* 1785, p. 81 sqq. cfr. ib. *Bih.* p. 127 sq.

auctore ipso infra commemorantur, pertinent Literæ R. GUSTAVI ad plebem Finlandensem, dat. Westerås d. 7 Dec. a. 1554, quas exhibet CELSIUS *Monum. Politico-Ecles. ex Archivo Palmisk. editor*, p. 20 sqq., aliaque eorum temporum monumenta.

(g) Vel ex hoc loco colligi potest, Auctorem nostrum, non incertis nixum rumoribus, aut traditioni fidentem sæpe dubiæ, opusculum suum concinnasse; sed scriptis usum fuisse monumentis, *vitasque Episcoporum ante se ab aliis jam descriptas*, tantum edidisse, recentiorum vero rerum, sua fere ætate gestarum, memoria auxisse. Continuatiorem porro hanc a JUUSTENO nostro profectam, a tempore præcipue ARVIDI KURCK ad sedem Episcopalem admoti incipere, & hoc loco, & inferius, p. 32, ipse monet; superiorum temporum res, fide prædecessorum suorum, quos accurate secutus fuit, nituntur. Plures atque a diversis confectos auctoribus, sua ætate superfuisse Pontificum Finlandensium catalogos, brevem simul vitæ eorum enarrationem exhibentes, (non omnes fortasse aut integros aut incorruptos?), e quibus suum ipse chronicon collegerit, aperte significat; e quorum numero illum fuisse remur, cujus fragmentum in Archivo Palmisköldiano servatur, ac de quo præfationis nostræ p. 3 & 4 commemoravimus. Quæ omnia, quam fuerit a fingendi licentia Auctor noster remotus, quamque temere vel fides sua in dubium vocetur, vel opusculum suum aliis veteribus patriarum rerum monumentis dignitate inferius pronuntietur, manifeste demonstrant.

(b) P. 10. *Ruffos*, præcipue *Novgorodenses*, (quorum fere imperium veteribus Scandinaviis *Zolmgård* audiit), hoc nomine significari, notum est: eorumque memoria,
po-

posterioribus maxime temporibus, ob frequentes in Fenniam factas irruptiones barbara sævitia immanes, Fenniam non potuit non horrenda imprimis videri. Dubio tamen caret, *Cavelios* etiam, *Ingvros* (132) atque *Estones*, (quorum nominatim noster inter hostes Ecclesiæ terraque Finlandensis, nusquam mentionem facit), Russis sæpe vel sociis vel ducibus in piraticis suis expeditionibus urentes, haud raro hac eadem appellatione comprehendi; nomine a gente præ reliquis potenti ducto, cujus in cæteris etiam excitandis non exiguas fuisse partes constat. Ita *Careliorum* gesta Russis fuisse tributa, infra aliquoties videbimus. *Estones* autem Ruthenis annumeratos interdum fuisse, vel ERICUS OLAI docet, qui hostes eosdem quorum internecionem scopulo vel monti *Estaklipa* nomen dedisse autumat, *Rutbenos* & *Carelos*, appellat (l. c. p. 62). Contra alii Russos, Carelios ac plures nationes finitimas, uno *Estonum* nomine complexi sunt; cfr. supra p. 49 sq. not. (17). Remotiores nempe ab his terris scriptores, vicinas gentes accurate distinguere non semper noverant. Unde in Literis *Clementis* Papæ (fictis?) quas exhibet GRUBER (l. c. p. 204), *Livonia* nomine venit *Rutbeniæ*: ad cujusmodi vel errorem vel negligentiam explicandam necesse ita-

(132) Etjam *Watlandos* (cfr. supr. p. 103); quorum terræ, ut in Ingriæ confinio sitæ, meminerunt quoque ERICUS OLAI l. c. Ed. Mesf. p. 161, Ed. Locc. p. 88, licet ibi mendose legatur *Valandia* pro *Vatlandia*) & JOHANNES MAGNUS (l. c. L. XX. C. XII, apud quem æque mendose habetur *Nigram* pro *Ingriam*): uterque sine dubio ex auctoritate *Chronici Rhythmici*, in quo p. 66, versus 2, quem HADORPHIUS dedit *Alt genom Kysaland* (sententia absurda) legi debet *Alt genom Inger of Watland*; quam lectionem, inter variantes appositam, in textum recipi debuisse, vel allatus ERICI *Upsalensis* locus admonere potuit.



itaque non est ut provincias imperii Russici jam tunc fuisse, statuamus (133).

Rutbenorum autem hæ, de quibus merito queritur auctor noster, incursiones hostiles, primis temporibus lit-

T

co-

(133) Cfr. supra p. 115 --- 118. Allatis ibi de affectato a Russis, ac extorto etjam nonnunquam, in vicinos hosce populos imperio, addendus est locus memorabilis STURLONIDIS, *Hist. Olai Tryggvönis* C. VI, ubi de Sigurdo Erici F. (Norwego) in aula Magni Principis Waldemari Novogardiæ versante, dicit: *Venit in Estoniam, Waldemari Regis Holmgardiæ legatus, ut per eam regionem tributa colligeret quæ Regi erant solvenda* ("Oc scylldi han heimta thar i landi scatta Kongs"). Nullam eo tempore vim adhibitam fuisse, apparet; quamquam summam accuratorem, in his antiquis rebus describendis, non semper locum habuisse, facile credas: quare nec de qua Estlandiæ parte hic sermo sit, nec quam late hoc imperii genus se tum extenderit, liquet; quod seculi quidem XIII initio extinctum fuisse, ex pluribus locis laudati sæpe Chronici a GRUBERO editi, palam est. Cfr. (præter loca supra adducta), p. 117 sq; p. 155, §. 8; p. 160 sq. Ex quibus patet, precibus & muneribus opus fuisse, ut Estonum populi Russos ad auxilia sibi contra Teutones mittenda permovere possent, adeoque subditos Russorum non fuisse; præterea hos, bello sæpius Estones fuisse aggressos, ac eorum castra cum aliquamdiu frustra obsedissent, accepta pecunia nunc majore nunc minore pacem cum iis fecisse, (1b. p. 65, §. 2, p. 82, §. 8) ac Estones contra incursionibus hostilibus Russos infestasse (1b. p. 83, §. 9. & 10), videmus. Exemplis autem, supra commemoratis, unde intelligere liceat tributa populis potentioribus nonnunquam ab Estonibus pensa, temporaria fuisse, hostiliterque extorta, (ejus fere generis quod hodie Brandstätt dicere solemus), addere illud placet, quod exhibetur apud eundem GRUBERUM p. 9 sq. §. 13. *Jam tunc (a. 1196) idem Episcopus (Meinardus) cum Duce Sveciæ, Teutonicis & Gothis Curones bello adierat. Sed tempestate depulsi Wironiam, Estonia provinciam, applicant & triduo terram vastant. Sed dum Wirones de fide recipienda tractarent, Dux, accepto tributo ab eis, vela sustolens (divertit), in molestiam Teutonicorum. De qua expeditione cæterum conferendi sunt GRUBER ib. not. w), & LAGERBRING l. c. 2. D.*

12 C. §. 21.

tora imprimis Finlandiæ affixisse, piraticisque classibus contra miseros nostros majores susceptæ fuisse, videntur: postea autem, ac maxime post terram nostram Svecorum potestati subjectam, interiores præcipue provincias perculisse constat; in quas sævissimi hostes, vel æstate per lacus atque flumina, vel hyeme ingruente, quæ viam illis opportunam ubique stravit, improvise irruerunt.

(i). P. 10. Veteres *Curlandiæ* fuisse habitatores, dubium non videtur: nec opus est, ut cum GRUBERO (l. c. p. 24. not. (c)), suspicemur incolas *Osilæ* insulæ hoc nomine significari, quæ Estonicè *Kurrejaar* hodieque appellatur, quod *Curonum insulam* ille interpretatur, sed potius fortasse a vocabulis Estonicis *kurra* (sinister) vel *kurri* (malus; sævus, ferus &c.) & *jaar* (insula) compositum esse putes? Piratica non minus quam Estones infames olim fuisse constat; quod vel unius auctoris veteris apud eundem GRUBERUM (p. 23. sqq.) testimonio confirmasse suffecerit, qui *Albertum* Episcopum Rigensem a. 1202 Gothlandiam versus navigantem, & provinciam *Lystriæ* regni *Daciæ* (134) agredientem (135), dicit *paganos Estones de Ozilia insula cum sedecim navibus invenisse, qui recenter ecclesia combusta, hominibus occisis, & quibusdam captivatis, terram vastaverunt, campanas & res ecclesiæ asportaverunt, sicut tam Estones quam Curones pagani in regno Daciæ & Sveciæ hactenus facere consueverant*". Cfr. ib. p. 65, §. 1, & p. 66, §. 3; nec non SNORRO *Hist. Magni cogn. Boni*, C.

(134) Territorium *Listræ* (*Rister-Hård*) in *Blekingia* (quæ ad *Danos* tunc pertinuit). Vid. TUNELD l. c. Ed. V, p. 540 & 550; de quo territorio exstat dissert. Academica, Præside Nob. LAGERBRING *Lundini* Gothor. a. 1748 edita, 4:o.

(135) H. e. ad hanc oram accedentem.



14, & *Hist. Haraldus Hardrada C. 50.* Olim a Rege *Erico* Emundi F. Svecis subjectos fuisse, (h. e. bello vexatos ad tributum pendendi necessitatem adactos, cfr. GRUBER I. c. p. 9), *Idem* tradit, *Hist. R. Olavi Sancti C. 81*; quæ fama *Adamo* quoque Bremensi innotuit (vid. *de Situ Danicæ*, in LINDENBROGII *Script. Rer. Germ. Sept.* p. 58).

Generis Fennici veteres hosce *Curones* fuisse, non improbabilius disputat *Thunmann* (*Unters. über die alte Gesch. einiger Nordischen Völker* p. 19 — 25); argumento inprimis ex nominibus locorum Fennicæ originis perito, quæ in *Balduini de Alna nec non Rigensum & Fratrum Militiæ pactis cum Curonibus factis* (apud GRUBERUM I. c. p. 267. 19) occurrunt, &c. Ac singularem sane attentionem meretur, quod terra eorum (non minus quam *Estonum* & *Osiliensium*) more Fennico in certas partes *Kiligunde* l. *Kylegunde* iis nominatas, (Fenn. vel *Kiblakunda* vel *Kyläkunda*), distributam fuisse deprehendimus. (136).

T 2

Pri-

(136) De Curonibus legitur (GRUB. p. 267): *Pagani de Curonia de terris Efestua, Durpis & Saggara, & Kiligundis quarum hæc sunt nomina, cat.* Item de Osiliensibus *ibid.* p. 182: *Venerunt nuncii, missi de cunctis urbibus & Kiligundis Osiliæ &c.* De *Estonibus* autem *ibid.* p. 164: *Ecclesiæ beatæ Mariæ in Riga & Episcopo Rigenfi maritimam (hodie Strandwist) cum septem Kylegundis attribuerunt.* Quam regionem hodieque in septem parochias esse divisam, in not. subjecta (c) GRUBERUS observat (cfr. tamen HUPPELS *Topogr. Nachr. von Lief- und Ehstland* I. B. p. 386. 199); sed *Kylegunde* inepte a *Kirche, Kiliche, Kile* appellatam, esse regunculam, conjicit, *cujus incolæ omnes sparsim habitantes uni in ea templo addicti sunt, quam vulgo parochiam appellare solemus.* Quis enim non videt, vocabulum *Kirche, Est. Kirrik*, (unde difficulter sane efficitur *Kile*), Christianæ religioni debitum, paganis his familiare esse non potuisse? apud quos nec ulla templorum reperta sunt vestigia. Ac infra (*ibid.* p. 169 §. 7.) has *Kylegundas* idem Auctor sep-

Primis tantum Ecclesiae Fennicae temporibus illam ab his vexatam fuisse piratis, infra videbimus: nempe postquam a Militibus Christi, qui Livoniam subjugaverant, devicti, ad Christianam suscipiendam religionem circa a. 1230 coacti sunt, saevitiam pristinam exuebant (cfr. GRUBER I, c. p. 183. sq. & Monum. ibid. p. 267 & 268 exhibita), adeoque & mare & littora intestare cessabant.

(k) Qui cogitaverit, quam ulcerati plerorumque Svecorum animi, post perpetuas fere sub infelici illo Unionis Calmariensis tempore inter Svecos Danosque contentiones, adhuc essent; quam acerbum justumque odium *Christianni* perfida crudelitas inprimis excitasset; quamque multiplicis saevitiae, a Fennis etiam (ut infra docebitur) expertae, memoria eo vehementiore hos dolore afficeret, quo minus ipsi (a Danorum vicinia remotiores, nec ad rem navalem attingendam ullo modo a suis excitati) factae illis cujusquam injuriae sibi conscii essent: is Auctori nostro hunc condonabit spero mentis commotioris proidentem sese & hic & nonnullis aliis quoque locis, æstum. Quod his temporibus maxime, Fennos in odium impelleret Danorum, rumor erat excitatorum, ab his in miseros illos, Russorum vicinorum, quos Paganorum loco habere edocti erant; quorum quo immaniorem saepe experti fuerant cru-

tem *provincias* appellat; quo eodem loco, §. 8, dicitur, Episcopum praecipuos socios suos praemiis ornare instituentem, *donasse unicuique eorum provinciam, id est Kylegundam unam in feudum.* Dubium videri potest, utrum de Fennorum *Rihlafunda*, territorio, (quod hodie Estones *Rihshelkund* vel *Rihshelkund* efferunt, atque ad *paroeciam* significandam adhibent) an de eorum *Kylafunda universitate pagi* (a *Kylä*, pago, Estonicibus *Kylla*), illud nomen accipi debeat; quamquam explicatio veteris auctoris, qui *provinciam*, interpretatur, priori magis favere sententiae videtur?

crudelitatem, eo indignius ferebant, a Christianis tam ferros sibi impie hostes immitti.

(l) Sensit Auctor optime, quam manca, quam obscura essent, quæ de primis maxime Ecclesiæ Fennicæ temporibus dicenda haberet. Sed jam tum rerum antiquiorum memoria interierat; accussam ipse indicat. Sæpe autem non alia modo damna gravissima, ab ignis & hostium sævitia passa erat Finlandia; sed Archivorum etiam suorum & antiquitatis monumentorum coacta fuit jacturam facere: ut non uno exemplo infra docebitur. *Aliorum etiam infortuniorum* Auctor meminit, quæ non unius generis, tanto temporis spatio, sæpe contigisse, facile credas: quo referas, quod nec curam diligentissime vetusta monumenta conservandi, homines nostri adhibere semper fortasse noverrant, nec res gestas posteritatis memoriæ prodendi præcipuo quodam ardebant studio. Quare nec certo affirmare ausim, nec Auctor ipse nisi dubitanter asserit, *diligentius a prædecessoribus suis* historiam rerum nostrarum antiquiorum fuisse *scriptis comprehensam*. Quos *prædecessores suos* significet, utrum Episcopos, an superiorum temporum homines alios? non dixerim. Nihil tamen necesse fuit a Præfulibus ipsis, apud nos quidem majorem quam aliis locis, hujusmodi sperare diligentiam: qui si aliorum excitare industriam non negligebant, vel hoc nomine de posteris bene meruisse censendi sunt.

De S. HENRICO.

(m) Vitam ejus, magis minusve diligenter enarratam, invenire licet, non tantum apud scriptores Historiæ Sve-

icæ Civilis (1) atque Ecclesiasticæ (2) generalis præcipuos, sed vel maxime apud eos qui vitas aut Episcoporum (3) aut Sanctorum (4) Sveo Gothicorum, ex instituto concinnarunt. Inprimis autem fata meritaque sua binis Dissertationibus Academicis explicantur (sæpe jam a nobis commemoratis) Præside Cel. ALG. SCARIN hic Aboæ in publicam lucem emissis, de *Sancto Henrico Fennorum Apostolo*; quarum Partem Priorem a. 1737 edidit *Matth. Fontenius*, Alteram a. 1748 *Ericus And. Sundin*, 4:o quas tamen minus severo ac diligenti esse judicio, qui Historicorum nostrorum diu mos fuit, conscriptas, fateri oportet. Quorum omnium labores otium nobis fecerunt; ut non nisi spicilegium suscipere necesse haberemus, sparsasque quasdam ad illustrandam rem ab illis ornatam observationes adferre, quales quidem in penuria qua premimur monumentorum, antiquas hæc res nostras spectantium, colligere potuimus.

In.

(1) JOHANNES MAGNUS l. c. L. XIX, C. 3 & 4; MESSENIUS Scandix ill. T. II, p. 2, 3, 74; T. III. p. 26, T. IX. p. 35, 36, T. X. p. 4, 5, 13, 17, 19. T. XII. p. 97; T. XV. p. 26, 48; Cfr. EJUSD. Chron. Rhythm. Finl. p. 16 sq. VON DALIN l. c. 2 D. 4 C. §. 4 sq. p. 105 sqq. LAGERBRING l. c. 2 D. C. 7, §. 3 & 4. p. 155 sq. C. II, §. 9, p. 255 sq. &c.

(2) ÖRNHJÄLM *Hist. Sv. Eccl.* p. 330 & 462 sq.

(3) MESSENIUS *Chron. Episcopor.* C. III. & XII. SPEGEL *Sm. Ayrfo: Hist.* 2. D. p. 80. sq. & p. 386. sq. RHYZELIUS *Episcoposc.* p. 27 sq. p. 325 sq. & p. 327; cfr. PERINGSKÖLD *Monum. Ullerak.* p. 27. sq.

(4) VASTOVII *Vitis Aquil.* Ed. Col. p. 65. sqq. Ed. Benz. p. 62. sqq. Cfr. BENZELII *Monum. Vet. Eccles. Sveog.* p. 33. sqq. (*Acta Sanctorum Antverpiensia* consulere non licuit). Attigerunt etiam AND. HASSELQUIST *Orat. Rosa orbis arctici* (Aboæ 1682, 4:o) p. 30 sq. JUSLENIUS *Disp. Aboa vetus & nova*, p. 36 sq. Cfr. Notas, JUUSTENI *notæ Chronico* subjectas ab Ill. NETTELBLADT, *Schwed. Bibl.* I St. p. 65 sq.



Inter *Episcopos Finlandenses* HENRICUM hunc male referri, dudum recte viri docti monuerunt. (SCARIN I. c. P. II, p. 31, RHYZELIUS *Episc.* p. 327). Episcopum enim jam antea Upsalensem, illustriorem hunc locum relinquere voluisse, atque in Finlandia sedem figere, nullo modo probabile est. Quin, non alio consilio Fennis convertendis operam impendisse, quam ut Sedi illos Upsalensis subiceret, valde verisimile videtur. *Apostolum* itaque *Fennorum*, ut loqui illis temporibus moris fuit, rectius dici, atque eo nomine Finlandensium tamen Episcoporum ordini non incommode præmitti, ex his efficitur.

Stuporem auctoris qui *Chronicon* consarcinavit *Finlandiæ* (ab ill. NETTELBLADT operi suo *Schw. Bibl.* insertum l. c. p. 96 sqq.) cui *Henricus* noster *Ericus* audit (ibid. p. 114), excusare studet SCARIN I. c. P. I, p. 3: & p. 30, not. (c): ac probari defensio ejus non difficulter possit, si hac opera nugator iste dignus existimetur.

Gente *Anglum* fuisse, unanimi veterum testimonio constat. Et *Legenda* ejus (apud BENZELIUM *Monum. Hist. Eccl.* l. c.), cujus fide pleraque a posterioribus allata nituntur, & alia monumenta, expresse gentis suæ hanc faciunt mentionem. Sic in Ms. *Palmisköldiano* sæpe a nobis laudato, legitur: *Hendricus, Anglicus, anno D:ni millesimo quadragesimo octavo Ups. quartus Episcopus prescitur.* In *Breviario Arosiensi*, Part. posterioris Fol. 23, verba *Legendæ, in Anglia oriundus* repetuntur, &c. Ac frustra fuit, quod in carminis Fennici nugatorii in Sancti hujus Episcopi laudem olim compacti fabula refutanda (qua in Tavastia eum natum fuisse, poëta plebejus ac idiotia finxit), operam auctor *Disf. de S. Henrico P. I. §. 2.*

p. 5 sq. consumsit (5). Nec minus inutilia, quin inepta sunt, quæ de *natalibus* ejus ac *eruditione*, ibid. S. 3. sqq. p. 7, 8, 9, sive ex JOHANNIS MAGNI auctoritate, sive ex meris conjecturis, nec illis semper verisimilibus, disputantur.

In

(5) Initium Carminis ibidem adfertur, Runico Fennorum more concinnati; quod, quamvis nullius prorsus auctoritatis, a Rustico sine dubio aliquo Tavastensi olim confictum, quia rarius tamen jam est ac ad ingenium hominum nostrorum illius temporis cognoscendum quodammodo pertinet, animi causa integrum subjungemus, ex *Schedis Palmshöldianis* exscriptum;

Kafvoi ennen kaxi lasta;
 Toinen kafvoi kaalimasa,
 Toinen Ruotzisa yleni.
 Toinen Hämen Heiniricki,
 Toinen Ericki Kuningas.
 Sanoi Hämesen Heiniricki
 Erikillen veljellensä (1. Veljellehen, seque sepe):
 Lähkäm', maita ristimähän,
 Maillen ristimättömillen,
 Paikollen Papittomillen.
 Sanoi sit', Erik Kuningas,
 Henrikillen veljellensä;
 Änd' on järvet jäätämättä,
 Sulan' on joki koverra? (al. Korveisa)
 Sanoi Hämen Heiniricki:
 Kyllä me kierrän Kiulon järven,
 Ymbäri joki koverran.
 Pane varfat valjaishin,
 Suvikunnat suitzi suuhun.
 Pane korjut kohdallensa,
 Saata lastat sarjallensa,
 Anduroillesa avarat,



)

149

(



In comitatu demum *Nicolai* Cardinalis Albanensis in
Sveciam venisse, nullo veterum testimonio firmatur; ejusque

U

con-

Perällensä pienet kirjat.
 Ne kohta ajamaan (ajoon) läxit:
 Ajoit niin päivää keväisfä,
 Kaxi öitä järjästenfä.
 Sanoi Eriikki kuningas,
 Henrikillen veljellenfä:
 Jo täffä tuleeppi nälkä,
 Eikä syödä, eikä juoda,
 Eikä purtua pidettä.
 On *Lalli* lahden takana,
 Hyvä neuvo niemen pääsfä;
 Siinä syömme, finä juomme,
 Siinä purtua pidämme.
 Sittä sinne saatuansa,
Kerttu kelyotoin Emändä;
 Suitsi suuta kunnatoinda,
 Keitti kiellä kelyotoinda.
 Sittä Hämen Heinirikki
 Otti heiniä hevoifen,
 Heitti penningit siallen;
 Otti leivän uunin pääldeä,
 Heitti penningit siallen;
 Otti kellarist' olutta,
 Vieritti raha siallen.
 Siin' on syönyt, siin' ou juonut,
 Siinä purtua pitänyt.
 Ne kohta ajoon läxit.
 Tuli *Lalli* kotiansa.
 Tuo *Lallin* paha Emändä,
 Suitsi suuta kunnatoinda,
 Keitti kiellä kelyotoinda;



conjecturæ primum auctorem fuisse OLAVUM PETRI (in *Ebron. Rer. Svecicar. Ms.*) observavit Nob. LAGERBRING, Opus ve-

Jo tässä kävit ihmiset, (imeiset)

Täs' on syöty, täs' on juotu,

Tässä purtua pidetty:

Otit heiniä hevoisen,

Heitit hietoja siahan;

Otit leipää uumin päällä,

Heitit hietoja siahan;

Otit kellarist' olutta,

Vieritit sanda siahan.

Lausui Paimen patzhalda:

Jo vaimen valchteletkin;

Älä vaimen uskokaan.

Lalli se paha-tapainen,

Sekä myös paha-fukuinen,

Otti Lalli lakkarinfa, (?)

Piru pitkän käihähänfä;

Ajoi se Herraa takaa.

Sanoi sitte uskollinen

Palvelia Herrallensa;

Jo kumu takana kuulu,

Ajango tätä Hevoista?

Vastais Hämen Heinriikki;

Jos kumu kuuluu takana,

Älä aja tätä hevoista,

Älä karkot' gongarita,

Kätke suas kivein varjoon,

Kuuldele kivein takana;

Kuin mua tavoitetahan,

Taiska myös tapettanehen,



)

(



ro minime fuit, in adventus sui causam inquisituro, hanc in-
primis suscepti in Sveciam itineris oportunitatem arripere;
frequens enim iis temporibus inter Ecclesiam Svecicam

U 2

&

Poime mun luuni limesta,
Ja pane härjån rekehen;
Härkä Suomehen vetäävi;
Kusfa härkä uupunevi,
Siihen kirkko tehtäköhön,
Kappeli rakettakohon,
Pappein saarvoja fanoa,
Kansan kaiken kuuldavaxi.
Palais tuo kotia Lalli;
Lautui paimen patzahalda:
Kusta Lalli lakin taanut,
Mies paha hyvån Kypäran, (al. Hytyrin),
Pispan hiipan hirtähinen?
Sitte Lalli murhetoinen
Lakin päästänfä tavoitti;
Hiuxet ne himahelit. (?)
Sormuxen veti formeftans';
Sormen suonet liukastelit.
Näin tämän pahan tapaisen,
Pispan rakkaan raatelian,
Tuli kefto korkialda,
Maxo maailman valdialda!

Interpretationem adponere neglexi, quia vix aliis nisi Fennicæ peritis
linguæ, carmen perlectu dignum judicabitur; qui nec remotissimæ esse
ætatis facile reperient, & femina traditionis vulgaris, de cibo per vim
ab Episcopo uxori refractariæ patrisfamilias Fennici, cui nomen *Lalli*
fuerit, erepti, sed munifice (ut sc. sanctum virum decuit) pretio persoluto,
abunde compensati; de mitra & annulo, cæso Episcopo ab homicida

& Anglicam (ut illius matrem) commercium intercessisse, non pauca alia exempla doctorum inde in septentrionem vel misforum vel sponte profectorum, luculenter testantur.

Quod vero ÖRNHÄLMIUS (l. c. p. 330) narrat, a. 1129 nostrum *Henricum*, Episcopum jam tum Upsalensem, ædem S. *Botvidi*, loco adscito Gerdero Episcopo Strengnesiensis, consecrasse; id quidem nullo modo probabile videtur; ac si ex *Anonymi veteris vita S. Botvidi* (quam se ex vetusto codice descriptam editioni paratam habuisse significat) hausit, aut in temporis nota errorem latere, aut veteris illius scriptoris auctoritatem valde suspectam esse, putamus. MESSENIUS in *Chronico Episcoporum*, ante a. 1148 in Sveciam non venisse autumat; cui & verba Martini *Palmköldiani* nuper adducta adstipulantur (6), & JUUSTENUS noster concinit, a. 1150 in Finlandiam profectum narrans, postquam per *biennium* Upsalensi præfuisset Ecclesiæ. De gestis ejus Upsalensibus (veris fictisque) cfr. PERINGSKÖLD *Momum. per Thund.* p. 161 sq. *Ullerak.* p. 48 sq. & p. 127; nec non SCARIN l. c. §. 6 — 10. Cæterum fatemur, quæ de vero anno susceptæ a R. ERICO in Finlandiam expeditionis, hactenus a viris doctissimis, ad constantem & per omnes partes suas sibi consentientem veterum tradi-

ereptis, ac funesto eventu, capiti digitoque impositis; nec non de loco sepulturæ, viro sancto ibi deligendo ubi boves, exanime corpus trahæ impositum vehentes, substiterint; quas nugæ AND, HASSELQUIST l. c. repetit.

(6) Et ex hoc & quibusdam aliis locis (infra significandis) liquet, MESSENIUS catalogi hujus exemplum ad manus fuisse; qui diligentissimus rerum veterum indagator, si fontes suos accuratius indicasset, atque conjecturis testimonia veterum minus audacter subinde auxisset, sæpius jure suo fidem illam mereretur, quam auctoritati suæ concedere jam non ubique audemus.

ditionem infirmendam, (quæ a. 1150 tuetur) disputata sunt, nondum plene nobis satisfecisse; sed jam non vacat ex instituto & de novo hanc controversiam persequi, auctoritatemque singulorum, ex quorum fide pendet monumentorum, diligentiori examini rursus subicere. Cf. supra not. (a).

Qua porro diligentia quaque sapientia in convertendis Fennis *Henricus* noster usus sit, difficile jam fuerit accurate definire. Legenda quidem ejus testatur, *ædificationi & confirmationi Finlandorum ecclesiæ prudenter ac feliciter instituisse* (al. *insudasse*): quanta vero fide tales laudes, Sanctorum memoriæ liberalissime tributæ, censeferi dignæ debeant, latet neminem. Apostolum nostrum vel ipsum linguam gentis convertendæ calluisse, vel socios sibi illius peritos adscivisse, nullibi legimus commemoratum. Nec *ædificationem* atque *confirmationem* ecclesiæ, tam ex animis hominum docendis emendandisque, quam ecoeca obedientia externorumque rituum accurata imitatione iis exprimenda, Apostolos illorum temporum metitos fuisse, nota est res atque sæpe demonstrata. Cfr. supra p. 60.

(o) Causam illatæ S. *Henrico* necis, Legenda ejus simpliciter hanc adfert, quod *homicidam quendam ecclesiasticam disciplina vellet corrigere*. Quæ itaque posteriorum temporum addidit sedulitas, merito inter figmenta referuntur, non inepta minus quam dubiæ fidei. Mirum videri queat, hominem barbarum ecclesiasticæ poenæ severitate graviter adeo fuisse commotum, nisi civilem insuper conjunctam cum ea ignominiam atque castigationem, iram ejus accendisse, probabile putes. Cfr. SCARIN *Dist. cit. P. II. §. 8, p. 10, not. (a)*. Nomen Fenni homicidæ *Lalli*, traditio incerta prodir; quem generis etiam nobilitate & mune-

rum splendore MESSENIUS & OERNHJÄLMUS liberaliter ornant. In absentis autem domum (quam alii in paroecia *Kiulo* collo cant, contra aliis prædium Regium *Saaris*, in paroecia *Wirmo*, homini illustri, pro dignitate sc. tribuentibus sua) Episcopum divertisse, quod narrant, non nisi populari nititur rumore.

Prima mox ab adventu suo hyeme interiisse, dubio caret. *Brumali tempore* fuisse interfectum, ex miraculo etiam digiti in glacie inventi, quod in Legenda celebratur, recte VASTOVIVS collegit. Ex improvise homicidam in illum insiluisse, Legenda narrat; nec magno comitatu Episcopus fuerit stipatus oportet, si & otium barbaro fuit mortuum spoliandi, & impunito licuit, post tantum facinus, domum abire. Securi vel bipenni armatum fuisse, credibile est; ac confirmant species, & lamina sepulchrali (Sancto Martyri in templo *Nousensi* dicata) incisa, & in tabula, qua Templum Cathedralis Aboënsis ornatum olim fuit (cujus HASSELQVISTIVS mentionem facit) expressa, & in effigie ligno insculpta, cujus exemplum chartæ impressum fronti *Missalis Libri* Ecclesiæ Aboënsis præfixum conspicitur. *Multis vulneribus* sanctum virum fuisse confectum, VASTOVIVS narrat; *crudeliter trucidatum* Legenda dicit; quæ *Bireti* (sive *pilei*), capiti Martyris ab interfectore erepti, suoque Capiti, sed funesto eventu impositi tabulam haud præterit; poenæ sceleri congruæ, Divinitus immisæ, largam sc. sic nactus celebrandi opportunitatem.

Digitum annulo ornatum, Episcopo ab homicida fuisse abscissum, omnes tradunt vitæ suæ scriptores: cujus rei memoriam ejusdem digiti imago in Sigillo Consistorii Ecclesiastici Aboënsis exsculpta (more nescio a quo inde tempore propagato), conservat. Cæterum in miraculo exponen-



)

(



nendo, huic tantæ rei adjuncto, mire variant traditionis popularis interpretes (7). Inter quos tamen ipsius Legendæ auctori maximam sine dubio fidem deberi fatebuntur, qui dignam investigatione ac disputatione rem esse censebunt.

Quo loco vitam perdiderit S. *Henricus*, neque Auctor noster neque *VASTOVIVS*, neque *Legenda antiqua*, (apud *BENZELIVM* l. c. nec non in *Breviariis* reperienda), commemorant. Fama autem vulgaris in lacu *Kiuloönsi* necatum fuisse, testatur. Ms. *Palmköldianum*, sæpe a nobis laudatum, locum quidem habet, sed corrupte scriptum *Eillilo*: in qua scriptura, utrum vestigia vocabuli *Kiulo* contineantur, non affirmaverim. In lacu aliquo glacie obducto occisum fuisse, Legendæ verba tatis ostendunt: *Digitus martyris gloriosi in hyeme abscissus, in vere, cum ubique glacies tota liquefacta & resoluta esset, corvo super ipso crocitante, cum annulo ipsius est inventus, in quadam particula glaciei.* Ac probabile est, locum tam memorabilis eventus hominum memoria haud facile excidisse. Conjecturis tamen qui indulgeat, lacui *Pyhäjärvi*, propius *Aboam* sito, hunc vel honorem vel infamiam, nominis significatione ductus, (*Lacum sanctum* denotantis) vindicare non sine veri specie queat? qui a loco etjam sepulcræ, *Ecclesia Nousis*, minus distat.

Martyrii gloria quo jure *Henrico* nostro tributus fuerit, ex dictis pronum est ad intelligendum. Scilicet alium longe illi vocabulo significatum Hierarchiæ spiritus jam addiderat, quam qui primis Christianæ religionis tempo-

(c) Quorum nugas qui discere cupit, adeat ill. NETTELBLADT l. c. p. 65 sq. not. (10), indicatosque ab eo auctores.

poribus, cum pati vim quam inferre ejus mallent alum-
ni, obtinuerat. Quicumque religionis Præco, violenta, si-
ve merita siue immerita a paganis morte afficiebatur,
sancti nomen *Martyris* meruisse, jam cenlebatur: qua i-
gitur laude neque noster excidit. Vehementiæ ac fervo-
ris in opere conversionis urgendo justo majoris, OERN-
HÄLMIVS (8) eum accusat; nec ut videtur immerito. Sed
quicquid sit, zelo tamen religionis propagandæ haud vul-
gari flagrasse, vel inde colligas, quod Rege cum exerci-
tu in Sveciam revertente, Episcopus in Finlandia reman-
sit, perducendis ad fidem Christianam incolis operamnavatu-
rus. Aqua fontis *Kuppisensis* (prope Aboam ad paganos Baptis-
mi sacramento initiandos, præcipue usum, non alia quam
HASSELQUISTII auctoritate nititur, non magni illa in his
rebus momenti; qui a nomine solum fontis, S. Henrico
olim dicati, narrationis suæ firmamentum petit. Sed pi-
get plures inutiles, vel in laudem vel vituperationem e-
jus cumulas conjecturas, eliminare; quas quicognoscere
cupit, ubi reperiet indicavimus.

Neque *miracula* sua, post mortem facta, qualia in Le-
gendis Sanctorum Pontificiorum fere narrari solent, attin-
gimus. Cujusmodi nugarum cupidus VASTOVIVS abunde
satisfaciet.

Utrum solenniter, more in Ecclesia Romana recep-
to, Sanctus renunciatus cultuque dignus declaratus sit,
nec ne, dubitari solet. Fidenter quidem pronuntiat VA-
STOVIVS: *Martyrium subiit a. 1150. 19 Januarii, & rela-
tus in numerum Sanctorum ab Adriano IV, anno 1158,
quo tempore Abogiæ facta est sedes Episcopalis ab eodem
Pon-*

(8) L. c. p. 462 sq.



Pontifice, cum antea fuisset Ecclesia Renclamichensis (leg. Rändämäkenfis) primaria. Sed non majorem fidem merentur quæ de tempore factæ Canonizationis Henrici nostri, quam quæ de translatione sedis Episcopalis, oppido præmatura, hoc eodem loco dicit (9). Nobis quidem nullo posse demonstrari argumento videtur, curiæ Romanæ solemnem quandam auctoritatem intervenisse, cujus sacre histrionix minorem adhuc illis seculis, quam superioribus, visam fuisse necessitatem, haud difficulter doceas. Henricum tamen nostrum & ab harum incolis terrarum mature fuisse Divis annumeratum, & ab ipsis passim Pontificibus Romanis *Sancti* titulo honoreque ornatum, dubio caret (10). Corpus occisi Episcopi, mox post

X

post

(9) Errorem VASTOVII, JOHANNEM MAGNUM secuti, (nec illum MESSENIUS non observatum) castigavit ÖRNHJÄLM, (*Hist. Eccl.* p. 464), qui alium annum factæ hujus Apotheoseos indicare prudenter omisit: quam igitur Pontifici ADRIANO IV tribuere, VASTOVIO duce, PERINGSKÖLD (*Monum. Upl.* II. p. 128) & RHYZELIUS (*Episcoposc.* I p. 27) eo minus debuerant, quod ante a. 1157 Henricum non occubuisse, paullo ante affirmaverant. MESSENIUS (*Scand.* X. p. 13, cfr. II p. 74) a. demum 1299 a Papa Bonifacio VIII Henricum nostrum rationario Sanctorum inscriptum fuisse scribit; conjecturæ indulgens nullis firmatæ argumentis. SCARIN (*Disp. de S. Henrico* P. II p. 21) maturius factum, ac *minimum seculo medio currente tertio decimo*, contendit; etiam ille temere: nisi ridiculo argumento aliquid verisimilitudinis tribuere velis, quo ex itinere famuli Episcopi Aboënsis in Westrogothiam suscepto, (miraculoque quod ibi evenisse fabulabatur,) Episcopum hunc fuisse Westrogothum, adeoque *Catillo* ætate haud posterioriorem, eoque igitur tempore Henricum sanctis jam adscriptum (ad quem honorem, serius multo adipiscendum, hujusmodi miracula viam sternere solebant), permirò colligit ratiocinio. Cfr. LAGERBRING (*Sw. R. Hist.*) II p. 257.

(10) Sic in Bulla Papæ Bonifacii VIII, data Romæ apud S. Petrum (VI Id. Maji) Pontificatus a. 2:do h. e. 1296, (Vid. A. CELSE *Appar. ad Hist. Sveogoth.* S. I p. 99, n:o 12) legitur; "Cupientes i-



post patratam cædem, ad eum locum fuisse translatum ubi Templum *Noufense* jam exstructum est, ibique sepultum, veteri traditioni credimus (11). Sepulchrum autem

gitur ut Ecclesia Aboënsis, in honorem b. Marie Virginis & *Sancti Henrici Episcopi & Martiris* fundata --- congruis honoribus frequentetur, --- omnibus vere penitentibus & confessis qui in --- *Sancto. rumque Henrici* predicti & Olavi regis & martiris ac dedicacionis ipsius ecclesie festivitibus --- devote visitaverint &c". Habetur hæc Bulla in Registro Aboënsi Fol. 65. Similiter in Bulla Papæ Innocentii IV, data Avenione III Ydum Novembris Pontif. a:o I, h. e. a. 1353 (Cfr. A. CELSE l. c. p. 125), verba hæc occurrunt: "Cupientes igitur ut ecclesia Aboënsis --- frequentetur, --- omnibus vere penitentibus --- qui in --- (festivitate) *Sancti Henrici Martiris, cujus ipsa est ecclesia vocabulo insignita*, prefatam ecclesiam devote visitaverint &c". Legitur in Reg. Aboënsi Fol. 66.

(11) Corpus Episcopi primum in ædicula conditum fuisse, cujus adhuc reliquæ in pago *Ylistaro* parocciæ Kumoënsis ostentantur, existimat SCARIN l. c. p. 11, ex conjectura, nullis firmata argumentis: traditio incolarum nihil aliud, nisi cultum divinum in illa æde (æque ac in altera *Noufensi*, de qua Idem l. c. p. 6) fuisse celebratum, docet, neque translati ad ecclesiam *Noufensem* mortui martyris ulla exstat memoria. Quod eodem loco (p. 15) additur, "Sacellum ligneum, saltem exile & minusculum exuviis divi hujus primum datum fuisse portum, --- inibi, donec *Noufensis* templi, quæ hodie est, substructio facta fuit, requievisse", improbable non est; licet quos indigitatos auctor velit *papæ ævi annales qui universi* de hac re consentiant, expiscari nequiverimus. MESSENIUS (l. c. T. X p. 4 sq.) recte, mox *humatum Noufi* (in parocciâ *Noufis*) dicit; quod vero addit "*Insula fuit loco cædis modica*, in qua temporis progressu, sacellum martyris construitur memoria", unde sumserit, nescimus. Pergit deinde non improbabiler: "& domus pagi *Ylistarensis*, in qua ultimo pernoctavit, in aliud (sacellum) convertitur", adjicitque, (pariter sine dubio ex conjectura) "*Circa MCLVI Homicida, complicesque rebelles*, (quorum omnino nulla in antiquis monumentis fit mentio), *pro meritis a Rege multantur*". Ita auxit suis quisque commentis inopem Historiæ nostræ penum! Quo tempore Templum *Noufense* lapideum, quod hodie visitur, exstructum sit, omnino nescimus; credibile tamen est, mature fuisse factum. Certe anno jam 1232- *Wilhelmus* ille, quem Episcopus *Thomas* in litteris



tem longe demum serius ornatum quem hodieque ostentat accepisse, infra videbimus: quo tempore ossa sancti viri inde jam ablata & ad Templum Cathedrale Aboense translata fuisse, dubio caret (12). Cæterum singulari

X 2

ve-

biennio serius datis (a. 1234) *Capellanum* suum vocat, in Bulla Papæ Gregorii IX (de qua postea) appellatur *Rector Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Nousia*.

(12) *Exuvias S. Henrici*, post a. 1300, (accurate annum neque ei licuit neque nobis licet indicare) die *XVIII Junii, a Nousio, solemniter fuisse translatas & argenteo impostas decenter loculo*, narrat MESSERIUS (Sc. T. X p. 13; cfr. T. II p. 74): quam rem & *festum Translationis b. Henrici* illo die magna solennitate postea quotannis celebratum confirmat, & ossa divi hujus, tempore habitæ ab *Hasselquistio* orationis suæ (a. 1682) & a *Juslenio* editæ Disp. de *Aboa Vet. & Nova* (a. 1700, vid. ejusd. p. 12) in sacrario Templi Cath. visa, extra dubium collocant; quæ adhuc ibidem, si traditioni fides sit tribuenda, servantur. Cfr. Orat. *Justandri de quibusd. Antiquitt. Abogicis* p. 6. Ac nescio cur Auctor *Dissertationis de S. Henrico* (P. II, p. 15 sq) scepticum hic agat. Negat ille primo sepulchrum S. Henrici Nousense ævi illius peregrinationibus religiosi fuisse frequentatum; quod nobis quidem secus videtur, morem temporum cogitantibus & superstitionis venerationem, qua tantæ famæ dignitatisque divum, Finlandiæ totius Patronum, (atque hinc sine dubio locum etiam quo corpus suum aliquando jacuerat conditum) homines prosequerentur: quare & apparatu non vulgari ad cultum publicum ritibus papisticis solemniter celebrandum necessàrio, hanc ecclesiam fuisse instructam reperimus, & Cenotaphio sancti viri magnifico ornatam; quem sumtum frustra fecisse posteriores Ecclesiæ Fennicæ Antistites Pontificios, verisimile non est. Nec nummi etiam veteres peregrini, in vicinia hujus templi inventi, huic eadem non favent sententiæ. Cfr. *Diss. D:ni Arv. Paulin* (Præf. Cel. Pr. BILMARK) Ab. 1769 ed. de Nummis quibusdam antiquis in Finlandia haud ita pridem repertis, p. 7 sq. Deinde dubitationem movet (sine allata gravi satis, ut nobis quidem videtur, causa), an ossa quæ sua ætate (ut olim) pro S. Henrici venditabantur (hodieque eadem esse narrantur quæ prisca venerata fuit superstitione), genuina essent. Cujus autem veneratio tam mature invaluit, quidni ejus exuvia facile reperiri atque postea conservari intemeratæ poterant? Quas, non ad-



neratione divum hunc, tempore religionis Papisticæ in patria vigentis, per Fenniam fuisse cultum, ac totius hujus terræ Patronum & protectorem habitum, nemo nescit; ad quem preces votaque, frequentius quam ad Deum ipsum, decepti misere majores nostri fuderunt, a quo uno auxilium promptissimum largissimumque sperarunt, cujus meritis & apud Deum intercessioni vehementius quam sanctissimi Servatoris beneficiis considerunt, quem igitur hymnis & laudibus religiosis celebrarunt (13), cujus ossa, exuvias, simulachra & imagines conse-

cræ-

modum credibile est, superstitiosos ejus cultores adeo cum aliis liberaliter deinde communicasse, ut præcipuam ipsi partem non retinerent; quos aliis (si placet) potius adulterinas vendidisse merces, quam ut tam pretiosis cimeliis sua careret ecclesia permisisse, credas. Nec facile suspicaris, post emendata apud nos sacra, tam ineptam ab aliquo esse fraudem initam? Loco hujus igitur criseos, vellem explicatius significasset, quod obscure modo innuit, quodnam fatum hæc *δεσποδαιμονίας* cimelia sub *Douglasii* detestato nostris regimine, (tempore occupatæ a Russis Finlandiæ), experta fuisse traderentur? Cæterum super sunt adhuc, atque eodem quo auctor ille indicavit loco servantur, aliæ etiam commemoratæ eidem antiquitatis reliquiæ, b. Henricum respicientes; simulacrum n. quoddam Divi, nec non reliquiarum sanctarum (quas vocabant) repositorium, neque materiæ illa neque artis pretio insignia.

(13) Vel quibusdam adducendis locis precum solennium, festis suis diebus ad illum fusarum, satis hoc confirmatur, quæ ex *Missali Aboïnsi* (Lubeæ a. 1488 typis edito) transcripsimus. Talis hæc est formula: "Omnipotens sempiternæ Deus, qui beato martiri tuo atque pontifici gloriosi triumphû largitus es palmam, *ejus quesumus meritis & precibus gratiam nobis largiaris & gloriam*". Item hæc: "Te laudantem nostrum cetum, Et in tua laude lætum, *Fac in celo Angelorum Semper eterna beatorum Perfrui lætitia*". Item alibi: "Suscipe quesumus Domine, munera dignanter oblata; & *beati Henrici suffragantibus meritis*, ad nostræ salutis auxilium pervenire concede - - - Satiasti Domine familiam tuam muneribus sacris: *ejus quesumus intercessione nos refove*, cujus solennia celebramus". Solennes hujus, dicati sibi cultus ordinem, plenius infra dabimus; cfr. interim ÖRNHJÄLM I. c. p.



)

(



crarunt atque adorarunt, cui Tempora dicarunt (14), in
cujus honorem festa & sacra instituerunt (15), &c.
Huic religioso Fennorum in tantum divum affectui, Ec-
clesia quoque Cathedralis maximam opum atque prædio-
rum suorum olim debuit partem; quæ illi donata, ad eum
quoque pertinere credebantur (16). Sed neque intra Fen-
niam

X 3

463; PERINGSKÖLD *Monum.* II, p. 128; SCARIN l. c. p. 14, 20
& 28 sq.

(14) Vel unum exempli loco nominasse suffecerit Templum Ca-
thedrale Aboënsē, quod conjunctim b. Mariæ & b. Henrico dedicatum
fuit, (cfr. supra p. 158 not. (10)), sed ab hoc tamen postea frequen-
tius quam ab illa appellari deprehendas. Simulacris vero ejus omnes
fere ecclesias fuisse instructas, notum est.

(15) Vulgatissimum est, celebratum imprimis Aboæ fuisse, magna
solemnitate, præter *Festum Translationis b. Henrici*, supra jam (p.
159 not. (12)) commemoratum, diem *mortis suæ* (quem etiam *Nata-
lem* ejus appellabant, quod sc. per mortem in aliam atque beatiorem
vitam quasi editus esset?) die 19 Januarii; qui per totam Finlandiam
sanctissimus religiosissimusque habebatur. Uterque igitur festus dies,
in Calendario, quod Libro Missali, Aboënsis Dioecesis in usum edito,
præmittitur, rubris distinguitur litteris; dies Natalis etiam in Calen-
dario reliquis Missalibus atque Breviariis Svecicis præfixo. Quod fe-
sto utroque magna hominum frequentia ex omnibus hujus terræ parti-
bus Aboam, ad divum tutelarem venerandum conflueret, occasionem
hoc dedit Nundinis hic instituendis, quæ hodieque his diebus (d. 19
Januarii & 18 Junii) quotannis in hac urbe habentur. De numo etiam,
auspicio Regni Gubernatoris Dni *Stenonis Sture* Senioris Aboæ cuso,
qui caput S. Henrici ostentat, vid. BRENNERUS *Theaur. Nummor.
Sveo-Goth.* p. 38. Cfr. de his omnibus SCARIN l. c. P. II p. 17 --- 20
& 25 --- 29. De *Die s. Festo Reliquiarum*, per totam Dioecesin Abo-
ensē, *Craftino Natalis b. Henrici*, celebrando, ab Episcopo *Berone*
a. 1369 instituto, nec non *Capella divo nostro*, communiter cum S.
Erico dicata, infra suo loco monebimus.

(16) In Testamentis igitur, quibus prædia sua homines Ecclesiæ
nostræ Cathedrali relinquebant, frequenter legas illos hoc fecisse *St.*



)

(



niam sese hæc superstitio continuit; in Suecia etiam religiose cultum

*Henric til hedher; de quibus prædiis, eorumve limitibus, qui litem movebant, S. Henrico illam intendere & dicebantur & credebantur, quod igitur sæpe graves conscientie scrupulos non potuit non excitare. Coloni autem hujusmodi prædiorum, Coloni audiebant S:ti Henrici (S:t Henrics Landbønder). Quorum assertorum confirmandorum causa, nonnulla subjicere placet exempla. In sententia quadam summi Judicii Regii (Råsthå Tinghs Dom) a. 1405 lata, legitur: Tha Per-dhe hustru Elseby til Sancte Hentric om een sverdungh i Hidenway: nio godz &c. (Registr. Aboens. Fol. 98). In alia sententia judiciali a. 1451 lata, verba jacent: -- Kennoms wi, -- Pedher Karpalaynen, Håredz-höfdinge i Maffo Håradh, Ragwaldh i Pife Hårade s s At then tid wi worom pa ena Landzsyn millan S:ti Henriks Landbo i Waranemi pa ena sidha, oc Matti Rappo oc Mattz Olponen pa andra sydona, &c. (Ib. Fol. 116). Testamentum quoddam a. 1418 scriptum, hoc habet initium: Fore allom thdm thetta breff hdra eller see, Rånns Hælvitz Stoltefoot, Kirkioprester i Thowåfala uppenbara met thesso nárwarande mino opna bressue, at jak s s giuit of met allom ráth wplathet i Gudz hedher of Sancti Henrics, Domkirkionne i Albo til henna blgningh, fore minna föråldra stála oc mina, alt mit gods i Wenthialaby i Lundha sokn &c. (Ib. Fol. 124). Litteræ venditionis a quodam Matthia Andree de Arelax a. 1467 datæ, ita incipiunt: For allom them thetta breff hdra eller see, kennes of kungdr jak Mattis Andersson aff Arelax, ath epter thy Nymmes godz, liggjende i Wirmo sokn, war min fader Anders aff Arelax, Gud hans stål nadhe, fraagangth, antigin for pont eller kþjorðh, of lagdh under Sancti Johannis Altare i Albo Domkirkie; Thy claudath jak therom ny for III aar, of hafdi fullelige i akth ath atirclanda for:de godzet wndan Albo Domkirkio; togh fore stora syelfara skuldh, epter myna wena rath, ja of samtyckie, met myn godwille of beradhna modhe, uplot jak of soldhe for:de godz, -- Albo Domkirkio til åwinneliga ågo &c. (Ib. Fol 95). Addere tandem placet documentum quoddam hujus generis integrum: *Ego Ernestus, de Dotzen, quondam Capitaneus Finland, tenore presencium protestor, me in favorem libertatis ecclesie, & ad honorem beati Henrici, predia dicta Arffuesala, nec non ad instancias reverendi Domini Detmari, Canonici Aboensis, predia dicta Nuyala, parochia Wemo sita, toto tempore quo presui regimini Castri & terre Finlandensis, ab omnibus exhibicionibus & impositionibus regis quitta & libera dimississe. Datum Abo anno**

tum fuisse, non dubiis constat testimoniis atque documentis (17).

(p) Quæ partim in *Breviariis* nostris legi potest, partim apud BENZELIUM, *Monum. Vet. Eccles. Sveog.* p. 33. sq. (quam ex vetusto Cod. Mscr. Bibliothecæ Acad. Upsalensis ille edidit) & VASTOVIUM, *Vit. Aquil.* Ed. Colon. p. 65 sq. Ed. Benz. p. 62 sqq. (qui ex antiquo Ms. Codice Rubræ Vallis in Belgio se desumpsisse docet; sed mutasse quibusdam locis, stili emendandi consilio, videtur).

(q) Quia nimirum & festis hujus divi diebus publice recitabatur, & Breviariis erat inserta, ac præterea etiam sine dubio, multorum versabatur hominum manibus. Fennice an versa fuerit, non constat; quod fortasse inutile fuit,
cum

Domini MCCCLXX quarto, ipso die beati kalixti Pape, sub sigillo meo impendenti in premissorum evidenciam firmiorem. (Ibid. Fol. 107).

(17) Præter formulam cultus ipsi exhibendi, Breviariis insertam, huc pertinent quæ de veneratione in Upsaliensi Ecclesia divo huic præstita habet PERINGSKÖLD l. c. II p. 13, 32, 128, & de simulacro ejus argenteo in templo S. Nicolai Stockholmensi culto, Ib. p. 128: Nundinas Henricianas Örebrogiæ quoque eodem quo Aboæ die ejus Natali fuisse celebratas, notum est. Cfr. TUNELD *Sv. Geogr.* Ed. VI, T. I P. II p. 79; BAGGES *Beskr. om Örebro* p. 65, & SCARIN l. c. p. 18 atque 29 sq. Senatorem illum urbis Stockholmensis, *Petrum Ålänning*, qui Capella S. Henrici Upsaliense auxit templum, singulari pietate divum hunc coluisse, eo minus dubitare licet, quo majore liberalitate idem alia, in ejus itidem honorem fundata, Aboënses quoque Ecclesiam simul ornavit; ut postea docebimus.

Tandem observamus, quod Nob. LAGERBRING (l. c. 2 D. C. XI, §. 9, p. 257) commemorat, a miraculorum divi hujus recensione, festis sanctorum diebus fieri solita, homines caute abstinuisse, nobis quidem parum videtur verisimile; in Breviario certe Arosiensi, quod nobis ad manus est, præcipuorum suorum mentionem fieri miraculorum videmus disertam.

cum pauci nostrorum, præter Sacerdotes, nossent literas, Versibus autem Fennicis qualitercunque expressam memoriæque & cantus ope sic per ora hominum propagatam fuisse, non est improbable: ac supra (p. 148 sqq) allatum carmen nugatorium confirmat; cujus generis plura etiam existisse, a vero non abhorret.

RUDOLPHUS.

(r) *Rodulphum* vocat MESSENIUS (Scand. T. IX p. 64); cui adstipulatur *Fragm. Palmsköldianum*, habens *Rodulff*, recte ut putamus. *Rodolpbum* aliis locis legit MESSENIUS (l. c. T. II p. 10, T. X p. 5, T. XII p. 105, T. XV p. 28), ut & codices auctoris nostri plerique; *Rolfum* hinc effingit RHYZELIUS (l. c. p. 327). Nulla de hoc alia existat memoria, quam quæ hic, vetustioribus præuntibus Antistitum Finlandensium Catalogis, ab auctore nostro traditur. Primum Finlandiæ fuisse Episcopum, MESSENIUS asserit, circa a. 1172 hac dignitate a Rege CANUTO *Erici* auctum putans (l. c. T. II, p. 10, T. X p. 5); quod pro certo venditat RHYZELIUS (l. c.), sed ita tamen, ut ab Archiepiscopo Upsaliensi *Stephano* huc missum, (ex ingenio, ut solet), addere non dubitet. Cautius longe MESSENIUS alio loco (T. XII p. 105) de hac re disputat, cujus adferri verba merentur: *Neque in præfatis ex urbe literis (Papæ Alexandri, de quibus mox) memoria Episcopæ injicitur Aboënsis, quod licet S. Henricus anno MCL Finlandorum conversionem exorsus fuerit, aliquot passim sacellis ligneis fabricatis, tamen primordia non jecit mox alicujus novæ dioecesis, sed velut Upsaliensi subjectam Ecclesiæ Finlandiam, Christo lucrari conatus, --- Fundati vero deinceps Episcopatus Abogensis, primus deputatur a Carolo vel Canuto (Regibus Syeciæ) illic Antistes Rodolphus, natio-*



tione *Westrogothibus*, vel certe a *S. Erico* mox post eadem *b. Henrici* subrogatus, cum non credibile Regem religionis studiosissimum propagationi, tam diu Finlandiam pastore orbam videre potuisse. Nobis quidem probabile admodum videtur, cum plures sine dubio *S. Henricum* comitati essent Sacerdotes, vel exercitui Svecico, vel Coloniae novae in Finlandiam deducendae, vel paganis convertendis atque religioni Christianae per hanc terram latius propagandae, suum exhibituri ministerium, quorum non paucos, exercitu Svecorum reverso, in his oris remansisse, necesse est (cfr. supra p. 96 sq.); post mortem Episcopi, aliquem eorum, auctoritate praecipuum, ejus hic locum in opere conversionis urgendo ecclesiaeque nova dirigenda, mox occupasse, sive publice constitutum, sive collegarum iudicio delectum, sive tacito reliquorum consensu fultum. Cujusmodi auctoritate nostrum *Rodulfum* eminuisse, traditioni majorum concedendum est. Episcopi autem vel nomen gessisse, vel insignibus ornatum fuisse, atque potestatem & dignitatem more in Ecclesia eo tempore solenni, adeptum esse, aut Cathedram hic Episcopalem jam tum fuisse constitutam, non est verisimile. Quod idem de multarum quoque aliarum dioecesium primis valere Episcopis, harum rerum periti non ignorant. Genius autem seculi, ad Hierarchiae formam probandam proni, faciles deinde rationes praebuit, dignitatem hujusmodi Antistitem sensim augendi. Germanicae *Rodulfum* nostrum fuisse originis, aliquis suspicatus est, nominis sui (*Rudolphi*) peregrino adductus sono; sed *Westrogothum* monumenta vetera discrete vocant: a quorum auctoritate, levibus indulgentes conjecturis, temere hodie recedere qui audent, non optime de his literis merentur.

Y

De

De *Canonibus*, novæ Ecclesiæ Fennicæ hostibus, qui captivum abduxerunt antistitem nostrum, atque postea interfecerunt, dicuntur, supra disputavimus, p. 142 sqq.

Annum captivati & necati *Rodulphi* nostri, 1178 indicat etiam SPEGEL (*Sw. Kyrko-Hist.* 2. D. p. 387), nostrum puto secutus auctorem; annum vero 1192 habet MESSENIUS (l. c. L. X p. 5), conjectura ductus? In *Fragm. Palmisköldiano* anni nota desideratur. Nihil itaque definire audeamus.

FOLQUINUS.

(s) De dignitate viri hujus Episcopali, idem fere quod de *Rodulphi* tulimus, faciendum esse, judicium putamus. Non Svecum tantum fuisse, sed Canonicum etiam Upsaliensem, antequam rebus sacris Fennorum præficeretur, aperte noster docet. Nescio itaque quid in mentem venerit viris doctis, qui *Fulconem* Estonum Episcopum, (a nostro plane diversum), huc trahere, & cum hoc *Folquino* confundere, instituerunt: cujus consilii ÖRNHJÄLMUS primus auctor fuit, *Julium* etiam nescio quem (18) seriei Episcoporum Finlandensium intrudere conatus

(18) Hominem cætera ignotum, Estonum ecclesiæ fuisse præfatum, ex literis Papæ Alexandri III, (apud VASTOVIVM l. c. p. 162 & GRUBERUM l. c. p. 235 legendis), docuit ÖRNHJÄLM, qui & ipse easdem exhibet (l. c. p. 571sq); verum in editione Epistolarum *Petri Cellensis* a *Jac. Sirmondo* curata, unde easdem litteras exscripsit GRUBERUS, non *Julii* nomen legi, sed *Fulconis* ejusdem qui reliquis, laudatis nuper Epistolis, commendatur, idem observat (l. c. p. 78): quomobrem non nisi ÖRNHJÄLMII fallaciæ *Julium* hunc deberi, haud obscure suspicatur; cui tamen injuriam facit, utpote VASTOVII auctoritate decepto, apud quem idem *Julii* nomen huic Epistolæ inseritur (l. c. p. 166 sq), per errorem tamen typographicum. Ita que hunc

rus (19). Ipsa illa ad quæ provocant monumenta, Epistolæ cum Papæ Alexandri III, tum Petri Abbatis Cellensis, (apud VASTOVIVM, Ed. Colon. p. 162, 163, 164, & GRUBERUM *Orig. Livon.* p. 232 — 235; cfr. A CELSE l. c. p. 36, n:o 2 — 7, & p. 42 n:o 18), diserte docent, non *Fennis* sed *Estonibus* illum *Fulconem* cujus ibi mentio fit, missum fuisse Episcopum (20). Cumque notum sit, non Svecos solum sed Danos etiam, de Estonibus subjugandis convertendisque illa ætate laborasse (21); mirum haud est *Fulconem* resque suas non Svecorum modo Regibus, Populo, Ducibus atque Episcopis, sed Danis (22) quoque

Y 2

& ma-

Julium ne exstitisse quidem putes, multo minus Fennicis esse Episcopis annuerandum. Cfr. A CELSE l. c. p. 42 n. 18; & VON DALIN *Sw. N. S. 2 D.* p. 150; qui hinc emendandi. In mendo quidem cubare textum VASTOVII, atque pro *Fulco* irrepsisse *Julio*, quemque diligentior loci ipsius inspectio docere debuit, in quo jam legitur: --- *Credimus sans universitati vestræ innotuisse, qualiter venerabilis frater noster Julio (non Julius) Estonum Episcopus, inopia & paupertate prematur,* &c. Ac probabile videtur, hanc Epistolam eodem etiam anno quo duas proxime præcedentes, (apud VASTOVIVM eundem legendas) a Papâ fuisse scriptas; ita ut prorsus nullus *Julio* cuidam locus superfit.

(19) L. c. Cfr. ib. p. 585. Alios nactus est magis minusve sibi adfultipulantes; Cfr. RHYZELIUS l. c. p. 327 sq; It. VON DALIN, LAGERBRING & A CELSE l. l. c. c.

(20) Quod jam recte monuit LAGERBRING l. c. P. II p. 238 Ecclesiam *Fennicam & Estonicam* uni atque communi paruisse unquam Episcopô, quæ doceant, nulla reperiuntur vestigia.

(21) Vid GRUBER l. c. p. 78, not. (k), & p. 128 sqq, LAGERBRING l. c. P. II p. 325 sqq.

(22) Inscriptionem Epistolæ qua Papa *Julium* (s. rectius *Fulconem*) commendat, talem exhibet ÖRNHJÄLM (l. c. p. 571): *Alexander Episcopus --- universis Dei fidelibus per Sveciam & Daniam constitutis. VASTOVIVS autem (l. c. p. 162): Alexander --- fidelibus per Daniam constitutis; GRUBERUS, ex SIRMONDI fide, Alexander*

& maxime Archiepiscopis Lundensibus commenda-
 ri: quos Feunorum conversioni curam vel operam ul-
 lam impendisse, nec verisimile est, nec ex ullis rerum
 monumentis ostendi potest (23). *Fulconem* illum Esto-
 num Episcopum gente Svecum fuisse, nullo probare ar-
 gumento licet: Monachum Germanum potius credas;
 (quæ & ÖRNHJÄLMIO sententia stetit videtur). Quæ autem
 Auctori nostro, *Folquini* patriam proderenti, fides habetur,
 cur ei in reliquis temere denegatur?

(t) Etiam hujus asserti fidem ÖRNHJÄLM (l. c. p. 492 sq.)
 convellere nititur, *Fulconem* suum, Estonum Episcopum,
 temere cum nostro confundens. Verum quidem est,
 Collegia Canonicorum, ad justam Juris Pontificii nor-
 mam, per Sveciam non adhuc fuisse instituta; quod post
 concilium demum Skenningense factum constat (24);
 sed ejus tamen instituti imaginem quandam diu ante ad
 præ-

--- *fidelibus per Daciam constitutis*, recte ut putamus. Nec omnino
 abest suspicio, ÖRNHJÄLMIO, qui ex VASTÖVIO descripsisse vide-
 tur, *Sveciam* hic intrusisse. Quod autem vitio ei vertit GRUBERUS
 (l. c. p. 234, not.), inscriptionem Epistolæ alius, a Papa eodem *Re-*
gibus & Principibus & aliis Christi fidelibus per regna Sveonum, Go-
thorum, Danorum & Norwegensum datæ, mutasse, atque *Danis primum*
locum invidentem, falsum commisisse: rursus ei injuriam facit, VASTO-
 VIUM (l. c. p. 155) fideliter secuto. GRUBERUS ipse, cum SIRMON-
 NO, habet; --- *fidelibus per regna Danorum, Norwegensum, Guetomo-*
rum (quod nomen corruptum esse, ita ut dubium sit, an *Svecos* sig-
 nificate possit? nemo non videt) *& Gothorum constitutis &c.*

(23) *Finlandiam* quidem pro *Estonia* veteribus fortassis aliquando di-
 ci, non repugnabimus; sed res ipsa atque contextus simul facile docet,
 an nostra possit significari *Finlandia*? in quam Danos illis temporibus
 aliquas fecisse expeditiones, demonstrari haud potest.

(24) Cfr. LAGERBRING l. c. P. II, p. 431 sq. & p. 444; A CEL-
 SE l. c. p. 65, n. 15; p. 69, n. 9; p. 74, n. 34 & 35; p. 88, n. 17.



præcipuas sedes Episcopales jam adoptatam viguisse, ac Episcopos consilio usos hominum, officio & dignitate posterioris ætatis Canonicis non omnino absimilium, negari haud potest (2); cujus generis nostrum fuisse *Folquinum*, probabile est. Quem itaque in Canonicorum Upsaliensis Ecclesiæ indicibus frustra quæras. Episcopi autem nomine atque dignitate an vere ornatus fuerit? definire non audemus: qua de re mox diligentius.

(1) *Folquinum* circa a. 1193 sedisse, MESSENIUS tradit (l. c. T. X p. 5, T. XV p. 30); ex incerta, ut facile patet, conjectura. Vel hic docere locus potest, non in-curiose in concinnando Finlandensium Episcoporum Catalogo auctorem fuisse versatum, aut sine auctoritate temere successionem illorum finxisse: quo major narrationi suæ fides haberi debet. *Fragm. Palmsköldianum* de nostro habet: *Hujus acta nulla reperiuntur, propter primam depopulationem per Ruthenos factam*; de cujus tamen loci vera lectione infra disputabimus. Probabile omnino est, pauca illa quæ de horum temporum rebus apud nos ge-

Y 3.

itis

(25) Cfr. editum a SCHEFFERO *Chronicon de Archiepiscopis Eccl. Ecclesiæ Upsaliensis*, p. 19; ubi de Archiep. *Farlero* dicit vetus auctor: "Hujus tempore Collegium Canonicorum sæcularium institutum est in Ecclesia Upsaliensi, regnante Domino Erico Rege Svecorum. *Primo enim fuit Monachorum*". Ad quem locum observat SHEFFERUS, p. 20; *Ergo etiam ante Canonicos modo nominatos (Sæculares, qui se necdum certo alicui addicere sacerdotio -- opponunturque regularibus, ut paulo ante notaverat,) Ecclesia Upsaliensis habuit collegium, quod una cum Archiepiscopo gerebat curam negotiorum Ecclesiasticorum. Sed id Collegium constabat non ex sæcularibus Canonicis, verum certæ regulæ addictis, Benedicti puta, vel alterius, quos iccirco noster Monachos appellat. Addi potest, neque numerum fortassis eorum, neque officia juraque hæcenus fuisse accurate definita; adeoque nec auctoritate dignitateque plane eadem adhuc qua postea eminuisse?*

his reperiri fortassis potuerint monumenta, per frequen-
tes hostium barbarorum incursiones, quibus oppressa
fuit tenella Ecclesiæ in his oris plantatio, & prima Sve-
corum colonia valde afflictæ, prorsus fuisse deleta. Cfr.
supra p. 99 — 107.

Cæterum hæc caligo rebus primorum Ecclesiæ Fen-
nicæ Antistitum offusa, locum maxime dedit viris eru-
ditis dubitandi de tempore Episcopalis dignitatis sedi A-
boënsi primum collatæ; qua ornatum neutrum horum,
qui seculo vixisse duodecimo feruntur, fuisse contendunt.
(Cfr. ÖRNHJÄLM l. c. p. 491; LAGERBRING II p. 235 sqq.)
Eam rem nos in medio relinquimus; qui nec omnem
veteri traditioni fidem abrogare facile audemus, nec du-
bia contra eandem mota diluere plenè valemus. Præ-
cipuum dubitandi argumentum ex Epistola Papæ *Alexan-*
dri III peti solet, qua Stephano, primo Upsaliensi Archi-
episcopo novam confirmans dignitatem, nonnisi quatuor suf-
fraganeos ei subjicit Episcopos, Scarentem, Lincopentem Stre-
gnensem & Arusiensem; Aboënsis (atque Wexionensis)
mentione nulla facta. Unde hunc Episcopatum consti-
tutum nondum fuisse, colligunt. Epistola ipsa typis edi-
ta habetur apud SCHEFFERUM (l. c. p. 45), ÖRNHJÄLMUM
(l. c. p. 482) & PERINGSKÖLDIUM (l. c. P. I p. 164): cfr.
A CELSE l. c. p. 38 sqq. Bullam hanc, omni nota tem-
poris carentem, a 1163 datam existimant. Ut jam nihil
moneam, SCHEFFERO γυναικίνας hujus Bullæ non certissi-
mam visam fuisse? (vid. l. c. p. 5 — 10): concedi faci-
le potest, anno 1163 terius *Folquinum*, imo fortassis e-
tiam *Rodulffum*, Episcopalem in his oris dignitatem ad-
eptos fuisse; quo facto, desumptum ex Pontificis hac Epi-
stola corrui argumentum. Deinde, cum Wexionensem
Episcopatum circa a. jam 1190 institutum fuisse, omnes
agno-

agnoscant (Vid. LAGERBRING l. c. II p. 235 sq. cfr. A CELSE p. 44 sq.); Finlandensis autem Episcopus in ævi veltioris monumentis Wexionensi præponi solet, (LAGERBRING ib. p. 798), cujus ordinis vix aliud fundamentum, quam majorem suæ Dioecesis antiquitatem assignare liceat: non absurde hinc colligas, Regis Caroli Swercheridæ jam tempore Finlandiam suos nactam esse Episcopos? Quo pacto nihil impedit, quo minus *Folquimus* noster, ac fortassis etiam *Rodulfus*, hac dignitate, (illa sane ætate haud invidenda) jam eminuerint? Consecratos tamen solenniter fuisse, si quis pernegaverit; cum eo non multum pugnabimus. Singulare autem quod contra nostræ fidem traditionis Nob. LAGERBRING urget argumentum, ex Bulla quadam Papæ Innocentii III quæsitum, infra in vita *Thomæ* Episcopi mox expendemus.

Admirabile porro nobis videtur, quod apud ERICUM OLAI offendimus, qui (Ed. Mesl. p. 101, Ed. Loec. p. 55) *Anno*, inquit, *Domini MCXCV Colo Episcopus Lincopensis & Dux Finlandiæ obiit*. Quo jure Episcopum hunc *Ducem* appellet *Finlandiæ* (cujus rei nulla alia superest memoria), nos quidem fugit penitus; quibus singulare præterea visum fuit, nullius qui postea scripserit mentem hæc verba advertisse. Errorem vero aliquem subesse, vix dubitamus (26).

In

(26) An dignitas *Ducis Finlandiæ* menti auctoris inde obversabatur, quod postea *Benedictus II* (Birgeri Jarli filius) illam cum Episcopatu conjunxit Lincopenis? Cæterum mirifice in annis Episcopi *Colonis* hujus constituendis Historici nostri variant; adeo ut duo fuisse ejusd. nominis suspicari fere possis. Alii enim officio a. 1160 admotum dicunt, alii a. demum 1180 aut 1190. (vid. RHYZELIUS p. 103, MESSENIUS Sc. T. IX p. 61, T. XV p. 39, *Chron. Episc.* p. 55; cfr. ÖRNHJÄLM p. 535 & A CELSE p. 37 atque

In obscurum hoc Historiæ nostræ tempus Bulla etiam incidit Papæ Alexandri III *Upsalensi Archiepiscopo & suffraganeis ejus, & Gutormo, Duci Svecorum* data, (de qua supra diximus, p. 55 sq. not. (25)). Conservavit illam nobis VASTOVIVS (l. c. p. 161), & ex eo transcripsit ÖRNHJÄLM (l. c. p. 491); cfr. A CELSE, p. 41. Valde imbecillam & Ecclesiæ Christianæ & imperii Svecici hic locorum fuisse conditionem, prodit: parum nempe stabiles in professione novæ religionis, vi sibi obtrusæ sibi que non nisi externa forma cognitæ, præstitisse sese Fennos; Svecos autem castris atque munitionibus nondum obsequii constantiam, ab interioris certe regionis incolis, expressisse.

(v) *Rutbenos* (Russos), ut reliquis potentiores, duces quidem piratarum fuisse, qui (maritimis imprimis expeditionibus) nostras his temporibus affligebant oras, probabile videri; sed plurium præterea aliarum nationum barbararum (Fennici generis) Sinum Fennicum accolentium, Svecisque & novæ religioni ferro armisque ab his propagatæ inimicarum, *Carelitorum, Estonum* &c. adsociatas secum adduxisse copias, supra docuimus, p. 100 — 104, p. 114 — 118, & 139 — 142. Cfr. LAGERBRING II p. 202 sqq., p. 225 & p. 325 sqq.

Id simul ex traditione Auctori nostro hoc loco commemorata (licet ipse illam pro certa venditare non audeat), discimus, veterem famam initia urbis Aboënsis ad hæc usque tempora retulisse; quam igitur mox post Svecorum ad has oras primum adventum ædificari sensim

43). Mortuum alii docent a. 1195 vel 1196; alii anno 1199 vel adeo 1207 adhuc vixisse, ostendunt. Vid. RHYZELIUS l. c. MESSENIUS *Chron. Episc.* p. 55; ÖRNHJÄLM p. 578; LAGERBRING II p. 278, 443 & 455.



sim coepisse existimes? Non tamen eodem quo nunc sita est loco, sed paullo superiore, ad templum S. Mariae Rändämäkiense propius, (in vicinia veteris domus Episcopalis, ubi minor amnis in Auram influit), rudimenta hęc novæ Urbis posita fuisse, verisimile videtur; unde post hodiernum Templum Cathedrale conditum, incolę sedes suas porro transtulerunt.

THOMAS.

(x) Hujus vitam exhibet etiam VASTOVIVS l. c. (Ed. Col. p. 79; Ed. Benz. p. 74 sq), sed & mancam valde, & erroribus foedam.

Gente *Anglum* fuisse noster docet. Id unde didicerit, nescire sese testatur Nob. LAGERBRING (l. c. II, p. 462 not. (2)); sed facile erat videre, ex Prædecessorum suorum traditione, nostrum hausisse. Quare in *Fragm.* etiam *Palmköldiano* Thomas hicce vocatur *Anglicus*. Cfr. supra p. 151 sq.

(y) Similiter in *Fragm. Palmköldiano*, legitur: *de Ordine Fratrum Predicatorum*. Mature igitur hunc Ordinem etiam in Svecia sedes fixisse, vel hinc constaret; nisi dubium alicui videri posset, annon ante adventum suum in Sveciam, familiæ Dominici adscriptus fortassis noster jam fuerit? Nam post fugam demum ex Finlandia, sedemque Episcopalem relictam, ad Monachos se aggregasse, cum verbis Auctoris convenire non videtur? Quum Canonicum antea fuisse Upsaliensem mox addatur, ac libris, Sigtunensium Fratrum auxisse Bibliothecam, idem reperitur; inter hos olim vixisse, non improbabile videatur. De tempore advenientium ac primas in Svecia sedes na-

Z

cto-



ctorum Fratrum Prædicatorum, adeo cæterum anceps atque parum hætenus explicata est controversia, ut hoc loco illam extricare non aggrediamur; quod neque instituti ratio permittit, Cfr. LAGERBRING l. c. II p. 443 sqq., & A CELSE p. 56, n. 7; p. 68, n. 3; p. 60 n. 11 & 12 (nec non p. 75, n. 1).

Æque parum illustrare valemus, quod addit Auctor, prius *Canonicum* fuisse *Upsalensem*; de cuius dignitatis illis temporibus ratione cfr. quæ supra observavimus p. 168 sq. *Capitulum* quoddam ante *Canonicorum sæcularium* legitimam institutionem, Upsaliæ jam fuisse, et jam ex literis discimus Papæ *Innocentii III ad Archiepiscopum Lundensem*, a: 1207 datis, unde hæc verba exhibet A CELSE (p. 50 n. 12): *Tam per literas tuas, quam — Svercheri Swethiæ Regis illustris, & venerabilium fratrum suffraganeorum, & dilectorum filiorum* "Capituli Ecclesiæ Upsalensis" - - - *accepimus &c.* Qualem Capitularem, nostrum quoque fuisse, a vero haud abhorret.

Quo anno *Thomas* noster ad munus Episcopale admotus fuerit, & a quo constitutus atque in Fenniam missus, pariter hodie ignoramus. Anno jam 1209 factum esse Episcopum, existimat BENZELIUS (*Annot. in Vastovii Vit. Aquil. p. 61*); cuius assertionis inde pendet firmitas, si de *Thoma* nostro agere putandæ sint litteræ Papæ *Innocentii III*, ad *Andream Archiep. Lundensem* datæ, de quibus mox disputabimus? *MESSENIUS Thomam* a demum 1220 Episcopi dignitate auctum fuisse dicit (sc. IX p. 64); quod quibus nixus statuatur rationibus, non significat.



)

175

(



Illegitimo thoro natum hunc fuisse Episcopum (27), præeunte BENZELIO (l. c.) existimat LAGERBRING (P. II p. 237 sq); cfr. A CELSE p. 52 n. 16. Pendet hæc res ab interpretatione Bullæ Innocentii Papæ III, datæ a. Pontificatus XII (a. 1209) ad *Andream Archiepiscopum Lundensem*; quam a BALUZIO editam (*Epp. Innocentii III L. XII, Ep. 102, T. 2, p. 361*) primus ad nostrum traxit BENZELIUS. Nomen quidem Episcopi in literis Pontificis non exstat; neque *Finlandiæ* in illis mentio fit, sed *Fialandiæ*: quod vocabulum corruptum esse, neque de alia terra quam *Finlandia* nostra intelligi posse, BENZELIUS iudicat. Verba ipsa, (quantam illorum partem, ex *Baluzianis* exscriptam nobis dedit l. c. not. (3) Nob. LAGERBRING) exhibere necesse duximus: *Episcopo ejusdem terræ* "postquam in propagatione Catholicæ fidei cursum suum ibidem legitime consummavit", *ad cælestis remunerationis brabeum evocato, nullus est ei hætenus substitutus. Nam cum propter novellam plantationem & ejusdem regionis hominum pertinaciam, ac "loci etiam intemperiem", electus ibidem non ad honorem assumtus, sed expositus martyrio reputetur, nullus fere "ad illius sedis regimen" aspirat."* Lubentes fatemur, verbum *Fialandiæ*, quod corruptum esse facile patet, in nullum aliud commodius commutari atque corrigi posse videri, quam si *Finlandiæ* legendum esse asseramus; nec talis corruptio hujus nominis insolita est, quippe cum v. g. in *Breviario Arosiensi* (Basil. 1513 typis impresso) quoties in Festo S. *Erici* & S. *Henrici* mentio patriæ nostræ

Z. 2

fit,

(27) Sc. aut *Spurium* fuisse, aut *Sacerdotis filium*, aut parentibus natum quorum *nuptiæ*, sive *intra gradus prohibitos contractæ, sive benedictione sacerdotali non confirmatæ fuerunt*: nam hæc omnia vitia ejusdem haberi generis voluit Pontifex Romanus. Cfr. LAGERBRING P. II p. 423 sqq.; A CELSE p. 67, n. 3.

fit, semper *Fuilandiam* scribi videas. Sed fatendum simul est, vocabulum *Finlandiæ* illo ævo non de nostra hac solum usurpatum fuisse patria; ac etiam interdum de *Wendorum* terra adhiberi consueſſe. Exempla hæc apponemus: ERICUS OLAI (Ed. Meſs. p. 102, Ed. Locc. p. 55) *Dicitur, inquit, in Chronico Danorum, quod Canutus Rex Daniæ Waldemari filius, vicerit Finlandiam anno Domini MCXCII; &c.* Quo loco auctorem Chronici illius Danici *Finlandiam* pro *Wendia* vel *Venedia* scripſiſſe, dubitare nemo poteſt, qui de eadem R. Canuti expeditione quæ alii dicunt, contulerit (28). Neque noſtram fuiſſe *Finlandiam*, ſed *Wendiam*, ſ. *Vindiam*, *Vindlandiam*, in quam R. Norwegiæ *Olaum* S. lim exſcenſionem feciſſe, quamque bello vexaſſe, narrat STUR-LONIDES, (*Hiſt. Norv.* Ed. Peringsk. T. I p. 380 ſq. Ed. Schön. T. II, p. 7 & 8), ad eum locum ſponte fatetur SCHÖNINGIUS. In Venedicas igitur terras, æque ac in Eſtoniam, cum Dani iis temporibus imperium ſubinde exercuerint; videndum eſt, annon ad eorum potius locorum Epiſcopum aliquem, Papæ ſpectare Epiſtolam, quam ad *Thomam* noſtrum, iudicandum ſit? Quod rerum Slavicarum peritioribus diſquirendum relinquimus. Minus fane videtur nobis veriſimile, & *Thomam* ab anno uſque

1209

(28) *Chronicon Sialandiæ* ab ARNA MAGNEO, Lipſ. 1695 editum (a LANGEBEKIO *Scriptor. Rev. Danicar.* T. II recuſum) p. 48 (Langeb. p. 622) habet: *Ævo MCXCI Expeditionis ad Finland (per Canutum Regem), quæ devicta eſt a Danis.* Cum quo alia Chronica vetuſta concinunt. Cfr. LANGEBEK l. c. T. I p. 164, 242, 253; T. II p. 271. Quæ verba de expeditione ejuſdem Regis *Wendica* agere, Hiſtorici ſagaciores & Dani & Sveci conſentiunt. Vid. GRAMIUS ad MEURSII *Hiſt. Dan.* p. 360; MESSENIUS *Sc. T. XII* p. 107; BENZELIUS *Annott. ad Vaſtov.* p. 17; LAGERBRING II, p. 201 ſq. Similiter illam *Vindlandiam*, in quam *Legationis officium*, Balduino de Alma Epiſcopo Semigallienſi, conceſſit Papa Gregorius IX, in patria noſtra quæri non debere, reſ ipſa docet. Cfr. GRUBERI *Orig. Liv.* p. 269 & 183.



)

(



1209 ad a. 1248 hic sedisse Episcopum, & ejus ordinandi curam, (inprimis si Monachum Sigturnensem & Capitularem Upsalensem fuisse non negamus), *Lundensi* potius commissam fuisse quam *Upsaliensi* Archiepiscopo, ad cujus Dioecesin Finlandia utique pertinuit; ac Monachum (si vere noster) *Dominicanum* (qui Ordo a. demum 1215 in Concilio Lateranensi a Papa *Innocentio III* (aut potius a. 1216 ab *Honorio III*), confirmatus fuit, anno jam 1209 Finlandensi admotum fuisse Episcopatus, absonum est. Credasetiam, de hominis *Angli* natalibus, non tam facile quam de indigenæ notæque nascendi sortis, in ultimo septentrione fuisse dubitationem subortam? Verum quidem est, quæ de *novella ecclesiæ plantatione*, de *hominum barbarorum pertinacia*, ac de *loci intemperie* Epistola Papæ commemorat, ad Finlandiæ nostræ eo tempore conditionem optime quadrare; sed de *Wendis* non minus vere dici, nemo puto dubitabit? Miror autem, Nob. LAGERBRING (l. c.) ex iisdem his literis Papalibus, de *Thoma* nostro explicatis, collegisse, *longo post cadent b. Henrici intervallo nullum in Finlandia Episcopum fuisse constitutum*, adeoque *Thomam* nostrum hinc *primum censendum esse Finlandensem Episcopum*. Mihi quidem contrarium plane ex verbis Pontificis, si quidem ad nostrum pertinere credere queam, effici posse videatur. Mentio enim fit *Episcopi ejusdem terræ* (Finlandiæ); qualem non fuisse *Henricum*, Upsaliensis Ecclesiæ Præsulem, omnes fatentur (cfr. supra p. 147); de *Sede* Episcopali vacante, atque antea jam instituta, *ad cujus regimen nullus fere adspirat*, ac de Antistite in mortui locum *substituendo*, aperte agitur; non de nova nunc demum Episcopa instituenda. Sed non placet his diutius immorari. Hoc sane non animadversurum spero neminem, hujusmodi conclusiones atque ratiunculas, ad Auctoris nostri de *Rodulfo & Folqui-*

no Ecclesiæ Fennicæ, ante *Thomam*, Antistitibus narrationem rejiciendam, traditionisque veteris auctoritatem infirmandam, haud sufficere (29). Simul autem lubentes fatemur, *Thomam* tamen primum esse, quem a Pontifice Romano Finlandensis nomine Episcopi appellatum, idoneis hodie doceri testimoniis atque monumentis possit.

Magnis *Thomam* nostrum de confirmanda, augenda & defendenda Ecclesia Fennica meritis (pro ratione temporum) eminuisse, negari nequit. *Ecclesiam ei commissam de novo ad agnitionem venisse veritatis*, testimonio nixus *Archiepiscopi Upsalensis*, Papa *Honorius III*, in Literis ad nostrum Episcopum a. 1221 datis, asserit (30); *crevisse insigniter (opera hujus Episcopi) in eisdem partibus fidem Catholicam, & Finlandensem Episcopum in Finlandia & terris vicinis (Tavastia & Carelia?) magnum populum ydolatrie cultui servientem, euangelicando nomen Domini nostri Jesu Christi, de novo acquisivisse*, Papa *Gregorius IX*, binis Epistolis a. 1229 datis (31), testatur; quidem *Paganos Fennos fuisse de novo per eum conversos*, alia Bulla, eodem anno data, confirmat (32). Omnes nempe Bullas hasce Papales ad nostrum spectare *Thomam*, valde videtur verisimile; unde anno quidem jam 1220 ad Episcopalem ad-

(29) Adde quod supra, p. 105, ex literis Papæ Gregorii IX, a. 1229 ad Episc. Lincopensem &c. scriptis, elicumus argumentum: in quibus *Cathedralem Ecclesiam & Episcopalem sedem* ante hujus Episcopi tempora in Finlandia existisse, aperte significatur; quas ad locum jam transferendi commodiorem, a Papa veniam petierat.

(30) Vid. supra p. 106, not. (76).

(31) Vid. supra p. 101 & 105.

(32) Vid. supra p. 107.

admotum fuisse dignitatem, MESSENO non inviti largimur. Quinque a vicinis barbaris Ecclesia sua vehementer affligeretur, scita effecit diligentia, ut Pontifex Romanus suam, temporibus illis gravissimam, interponens auctoritatem, *sub protectione Apostolica sedis & sua Episcopum, Clerum & Populum Finlandensem* reciperet, atque *molestatores eorum per censuram ecclesiasticam compesci* juberet. (33). Cum porro hostium savissimorum furorem Mercatores *Wishyenses, Lubecenses ac Rigenses*, (quos mercaturam magnam atque quæstuosam seculi XIII initio cum accolis Sinus Fennici fecisse apparet), turpi ardentis lucri studio alerent, *in armis, equis, navigiis, victualibus & aliis mercimoniis iisdem subvenientes*, atque *ferrum, arma & ligna iis apportantes* (prædam quoque Christianis ereptam a piratis coementes!), Episcopi nostri opera & sollicitationibus factum est, ut Pontifex, benefica admodum Fennicam Ecclesiam cura complexus, ferociam barbarorum compescendi non imprudenti capto consilio, hæc cum hostibus Ecclesiæ a Mercatoribus Christianis factitari commerca, severe prohiberet (34); si non optatissimo, at neque nullo tamen, ut putamus, successu. Quin *Militibus quoque Christi in Livonia*, Papam injunxisse reperimus (35), ut *ad provinciam Finlandie, pro defendenda* novel-

(33) Vid. supra p. 101, not. (71).

(34) Pertinent huc, 1:º Bulla Papæ *Honorii III*, paullo ante commemorata, *Laterani Id. Januarii, Pontificatus anno V* data (13 Jan. 1221), de qua cfr. supra p. 106 not. (76); 2:º *Gregorii IX*, data *Perusii X Kal. Februarii Pontificatus anno II* (23 Jan. 1229), supra p. 101 recensita; 3:º *Eiusd. ibid. eod. anno, XIV Kalend. Martii* (16 Febr. 1229) data, supra p. 102 not. descripta; 4:º *Eiusd. ib. Id. Januarii, Pontificatus III* (9 Jan. 1230) data, supra p. 101 sq. indicata, de qua cfr. etiam A CELSE p. 63, n. 7.

(35) Vid. supra p. 102 not.

novella plantatione ad Christi fidem in ea noviter conversorum, contra infideles Ruthenos accedentes, "cum consilio Finlandensis Episcopi, qui assumpsit in premissis partibus negocium fidei ex animo prosequendum", defensionem eorum insisterent viriliter & potenter: quod consilium, eventu licet sperato, ut videtur, destitutum, nostri itidem Thoma studio impigro Ecclesiam confirmandi suam, deberi, non temere existimes. Quem non docendo tantum, sed vi quoque & armis, S. Henrici insistentem vestigiis, gregem suum auxisse, a moribus temporum haud abhorret; licet nec quibus copiis undequae ductis usus sit, nec quas inprimis Finlandiae partes Ecclesiae suae adjecerit, doceri hodie possit: nisi de Tavastis in ovile suum compellendis inprimis laborasse, ex Literis Papae Gregorii IX, Lateran V Id. Decemb. a. XI (9 Dec. 1237) datis, de quibus supra (p. 100 sq) egimus, colligas, ubi mentio fit novellae Ecclesiae Dei plantationis de Tavastia? Neque absurde originem Coloniarum quarundam Svecicarum, in remotioribus maxime Nylandiae partibus collocatarum, ad haec tempora referas? Zelo quidem atque diligentia sua, Thomam nostrum, secundum dici Ecclesiae Fennicae fundatorem meruisse, negari nequit. Ad illam vero promovendam Tavastorum conversionem, quae victricibus R. Erici XI armis (Birgeri Jarli ductu per hanc provinciam motis) debetur, nostrum maxime contulisse Episcopum, quod suspicatur JOHANNES MAGNUS (36), ac fidenter asserit VASTOVIVS (37), eo affirmare minus audemus, quo apertius rationi temporum repugnat; quae anno ante Birgeri expeditionem, Thomam, ex Finlandia profugum Wisbyae mortuum fuisse, ut mox ostend-

(36) Gothor. Sveonumque Hist. L. XIX, C. xv.

(37) Vit. Aquil. in vita Thomae.

stendimus, docet. Quo ineptius VASTOVIVS, sanctitatis laudem nostro vindicaturus, illum, *quam verbo exemploque Tavastis instillabat fidem, sanguine demum proprio per martyrium fuso consignasse, ab infidelibus immaniter trucidatum*, comminiscitur. Superiora tamen nostri molimina, irritatam inde atque exasperatam barbarorum ferocitatem, & assiduas acris indefessique viri sollicitationes, ad belli Tavastis inferendi incitandum consilium non parum contulisse, facile credimus.

Inter reliqua favoris documenta, quæ a Romano Pontifice noster expertus fuit, liberalitatem etiam referre solent, qua *Lucos & delubra deputata olim ritibus paganorum, que de novo per eum conversi ad fidem, Ecclesiæ suæ, voluntate spontanea contulerant, ipsi Ecclesiæ*, (petente Episcopo) *auctoritate Apostolica confirmavit* (38). Nempe ne quis terras non Episcopo privatim, sed in publicum Ecclesiæ usum donatas, auferre olim auderet, Papæ auctoritate (qui supremum bonorum ecclesiasticorum tutelam sibi asseruit) donationem communiendam esse iudicavit: cujusmodi precibus non solebat curia Romana repugnare (39). Cæterum earundem terrarum partem aliquam non multo post ab Episcopo nostro esse

A a

Ca-

(38) Bulla Papæ Gregorii IX data est *Perusii II kal. Febr. Pontificatus anno II* (31 Jan. 1229); vid. supra p. 107 (Cfr. A CELSE p. 62, n. 6), ubi simul quid *delubra* in hac Bulla commemorata significare nobis videantur, indicavimus. Annum 1228 huic Bullæ assignant SPEGEL *Christl. Bewis til Diss. Christl.*, p. 150, & *Acta Upsal.* anni 1225 p. 62, (quibus locis Bulla ipsa legenda exhibetur), eorumque ductum secuti alii.

(39) Cfr. LAGERBRING P. II p. 347 sqq. Nostrum autem quod hinc avaritiæ taxat RHYZELIUS (l. c. p. 328), & artificii *Episcoporum Catholicorum* solennis, agros & prædia ad se trahendi, mirum videri

Capellano suo *Wilbelmo*, sive in privatam sive in Ecclesie suae publicum usum donatam, ex supersticiis adhuc ejusdem literis constat; quas auctoritate Pontificia etiam illas fuisse confirmatas, ex conservato hodieque Bullae Papalis apographo discimus (40).

Ma-

possit; nescio enim cui potius quam Ecclesiae usui haec terrae vindicari deberent? modo consensu id fieret summi imperantis, quem neque hic defuisse credas.

(40) Duplex literarum *Thomae* Episcopi hic commemoratarum, in *Registro Ecclesiae Aboënsis* occurrit exemplum; alterum Fol. 102 (plenius atque accurratius, ut videtur), alterum Fol. 103. Illud secutus est SPEGEL, qui l. c. typis exprimendum curavit; hujus habuisse apographum Nob. LAGERBRING, ex l. c. p. 349 not. (4), & p. 461 discimus. Vocatur autem *Thomas* in posteriore hoc exemplo *Finnensis Aboënsis* (*Episcopi* vocabulum excidit) manifesto sphalmate vel glossa. In priore exemplo praeter *terram in parochia de Masku*, adjicitur etiam *medietas cuiusdam insule que Taipale dicitur*, quae verba ex altero exemplo absunt. Utrumque ostendat *vidisse Thomae Episcopi Weixionensis*, scriptum apud Ecclesiam Nummis Aboënsis Dyocesis, anno Domini 1351, in *crastino S. Vincentii Martiris*: ita tamen, ut ex diversis ejusdem autographis haec fluxisse apographa, aperte pateat. Utrum Ecclesiae cui praefuit ille *Wilhelmus* (quem *Thomae* nostri populum, nescio quo argumento, nisi sola forsan conjectura ex nomine suo ducta, nituntur? SPEGEL *Chr. Episc. P. II* p. 388, & RHYZELIUS l. c. faciunt) *Nousensi* haec donatio facta sit, an in privatum hominis usum, dubium videri queat. Nam in litteris Papae Gregorii IX, dat. Anagninae XIII Kal. Novembris, Pontificatus anno VI (20 Oct. 1232) *dilecto filio Wilhelmo presbitero, Rectori ecclesie Sancte Marie de Nousia, Finnensis dyocesis*, scriptum legimus: *terram de Masku, que dicitur Lunda, quam venerabilis frater noster N. episcopus Finnensis, capituli sui accedente consensu, ecclesie tue pia & provida liberalitate concessit, prout in litteris exinde confectis dicitur plenius contineri, sicut eam juste possides & quiete, tibi & per te ipsi ecclesie, auctoritate apostolica confirmamus &c.* Habentur haec Literae in *Registro Eccl. Aboënsis* Fol. 102; cfr. A CELSE p. 66, n. 21, ubi male legitur *Pastori Maskoënsi pro Nousensi*, & mentio *dimidii insulae Taipalae* (leg. *Taipale*), quae apud Nob.



Majoris vero moliminis memoriaque dignius fuit consilium, quod hunc eundem agitalle Episcopum novimus, *Sedis suæ Episcopalis ex loco priore minus idoneo ad alium competencioem transferendæ*: cujus rei veniam cum a Romano petiisset Pontifice, hic non temere tantam rem, neque nisi post opportunitatem locorum diligenter exploratam, suscipiendam ratus, *Episcopo Lincopen- si, Abbati de Gutlandia & Præposito de Wisby manda-*

A a 2

tum

LAGERBRING l. c. p. 349, not. (4), per errorem typographicum scribitur *Laipala*) temere inferitur, cujus Papa in his literis omnino non meminit). Ex quibus litteris patere sane putes, ecclesiæ Noufensi hoc datum fuisse donum. Literæ autem ipsæ Episcopi, nuper allatæ, ecclesiæ nullam injiciunt mentionem; quibus quæ adjunctæ in *Registro Eccl. Aboënsis* Fol. 102 reperiuntur (quarumque fidem idem *Thomas* ille *Episcopus Wexionensis* suo testimonio munivit) Literæ *Magni Episcopi Aboënsis*, adhuc clarius *Wilhelmo* privatim hoc donum traditum fuisse, demonstrare videntur. Tales autem sunt: *Universis presentes litteras visuris vel audituris Magnus Dei gracia episcopus Aboënsis salutem in Domino sempiternam. Noveritis Nos litteras felicitis recordacionis Thome, quondam Aboënsis episcopi vidisse sub hac forma: (sequuntur Literæ Thomæ, jam a SPEGELIO exhibitæ; deinde pergit:) Et quia heres predicti cappellani super confirmacione donacionis predictæ nobis institit, rogans: quatenus nos eandem donacionem dignaremur confirmare, Nos inspecta donacione prefata predecessorum nostrorum (an predecessoris nostri?), nec non confirmacione eorundem (forte ejusdem?) ipsam (ipsi?) cum racione confirmacionis [E] sepeditæ, cum etiam propter meritum *Wilhelmi* heredis cappellani supradicti, cum ipse temporibus domini *Johannis*, bone memorie predecessoris nostri, quandam mansionem quæ *Saris* vocatur, ecclesiæ nostre *Aboënsi* contulerit, sepeditam donacionem predecessoris nostri auctoritate qua fungimur confirmamus. Datum in Custu anno Domini MCCXCV, die Lune proxima ante festum Sancti Martini. Eandem tamen donacionem spectare videntur & hæ Episcoporum *Thomæ & Magni* litteræ, & confirmatio Papæ? Quare etiam vitio laborare anni notam, vel litteris *Thomæ* nostri (a. 1234), vel Bullæ Pontificis (Pontificatus VI, a. 1232, in *Reg. Ab.* ad marginem adscriptum legitur 1234, utriusque puto loci conciliandi consilio) subjectam, existimes? Nam illas hac fuisse priores, necesse est?*

tum dedit, ut inquisita super hoc diligentius veritate, si rem invenirent ita esse, cum consilio ejusdem Episcopi & Clericorum suorum transferrent auctoritate Papali Sedem eandem ad locum in eadem Dyocesi magis aptum (41). Quid hi præstiterint delegati, nescimus; sed probasse tamen consilium Episcopi, ex mutato, utriusque postea, loco Templi Cathedralis probabile fit; licet quid *Thoma* nostro sedente Episcopo, in hoc negotio præterea actum sit, prorsus ignoremus (42). Cæterum ex Bulla Pontificis neque unde translatio suscipienda esset, neque quorsum? discimus; neutro nempe loco nominato. Nimis autem præcipitanter ex hac Bulla concludit ÖRNHJÄLM (l. c. p. 464, cfr. p. 391), adstipulatores magnæ nactus auctoritatis (43), translationem hanc sedis Episcopalis eodem anno, imo die (23 Jan.) revera perfectam fuisse; eoque nomine reprehendit JUUSTENUM nostrum & MESSENIUM, qui anno demum 1300 contigisse narrant. Bulla enim ipsa docet, non approbasse adhuc eo anno (1229, vid. A CELSE p. 62 n. 3) simpliciter Papam Episcopi nostri consilium, sed examini atque iudicio *Episcopi Lincopensis, Abbatis de Gutlandia & Præpositi de Wisby* rem subjecisse; præterea aut tantam molem, quanta fuit Templi Ca-

(41) Supra jam docuimus (p. 104), non esse nisi unam Bullam Pontificiam (die 23 Jan. 1229 datam) ex qua duas fecit Nob. A CELSE p. 62, n. 3 & 4. Ipsa verba hujus Bullæ, quibus Papa plenam *Episcopo Lincopensi* &c potestatem concedit de tota re statuendi, fatis ostendunt, alia præterea Bulla quadam Pontificia confirmatoria opus non fuisse; quæ neque reperitur.

(42) Utrum delegati a Papa triumviri, ipsi ad Finlandiam profecti sint, (locorum opportunitatem suis oculis exploraturi, quæ mens Pontificis fuisse videtur), nec ne? penitus nos latet. Quo anno Templi Aboënsis prima jacta sint fundamenta, similiter nescimus.

(43) LAGERBRING l. c. P. II p. 461, sed cfr. p. 797. Vid. RHYZELIUS l. c.



dæ ornandæque amisisse, conjicias? Ejus tamen, officii-
que & curæ suæ penitus oblitum haud fuisse, ex aliis
colligi ejusdem *Wilhelmi Sabinensis* literis possit (siquid-
dem Episcopo nostro monente atque suadente editas es-
se credas?), *Wisby nonis Junii Pontificatus Domini Inno-*
centii Pape IV:ti anno V (5 Junii 1248) scriptis, quibus
venia conceditur Clericis Aboënsis dioecesis, testandi bona sua
hæreditaria monasteriis (his eas verbis recenset *CELSE* l. c. p.
73, n. 24); quia tamen non eandem prorsus sententiam
fundere videtur exemplum literarum, eodem loco die-
que, ab eodem *Wilhelmo* datarum, quod in *Registro*
Ecclesiæ Aboënsis (Fol. 46 sq.) habetur, verba ipsa inde
transcripta subijcere vilum fuit (45).

Ca-

(45) "Ut de bonis vestris, que vobis in hereditate vel artificio
"eue etiam doctrina, ex concessione alicujus consanguinei vel amici
"vestri, habentis tantum ad vos & non ad ecclesias vestras respectum
"proveniunt, libere vestrum quilibet testari possitis, auctoritate vobis
"qua fungimur apostolica concedimus facultatem nichilo minus sub
"anathematis vinculo prohibentes, ne episcopus, qui pro tempore fu-
"erit in ecclesia Finlandensi, vos vel vestrum aliquem, super rebus
"quas vestro vel ecclesiarum vestrarum nomine possidetis, ullo unquam
"tempore indebite audeat molestare." Nulla hic *Monasteriorum* mentio
fit (qualia in Fennia quidem nondum fuisse, credimus), aut bonorum
iis donandorum. Potius credas, Episcopum *Thomam* metuisse, ne Cle-
ricis Finlandensibus, qui (vel hæreditate, vel suo aliorumve munere)
bona quædam *privatim* acceperant, vel ipsi acquisiverant, jus eadem
testamento in alios libere transferendi, olim privarentur, eaque omnia
ad *ecclesias suas* pertinere, judicaretur; ac ne Episcopus olim aliquis
in hæc vel privata sacerdotum vel publica ecclesiarum suarum bona, domi-
nium sibi atque dona revocandi potestatem arrogaret? Vel num creden-
dum est, ab ipso *Thoma* nostro tale quid fuisse tentatum, atque con-
tra simile periculum Clericos voluisse suos in futurum muniri? Non
videtur.

Cæterum fugam Episcopi nostri non obscure prode-
re, putamus, opes Svecorum in his oris, resque Eccle-
siæ Fennicæ, nondum fuisse firmissimas, atque loca in-
primis munita, in quibus Barbarorum irruptiones time-
re necesse minus esset, defuisse? De hostibus ipsis, quo-
rum furori eripere sese coactus fuit, supra satis diximus.
Ad Monasterium autem *Fratrum Prædicatorum*, e quo-
rum ipse erat Ordine, Wisbyam se recepisse noster vi-
detur; apud quos a. 1248 diem suum obiens, vitæ labo-
riosa & agitata placidam invenit quietem. De anno
mortis, præter Auctorem nostrum (cui concinit *Fragm.
Palm-sköldianum*) dubitare nos nec alia sinunt antiquo-
rum Monumentorum testimonia (46); adeo ut VASTO-
VIUS audiri minime debeat. Ad *Dominicanos* vero *Wis-
byenses* sese contulisse (47), auctoritate *Fragmenti Palm-
sköldiani* confirmari videtur; quod de nostro habet:
*Thomas Anglicus, de Ordine fratrum Prædicatorum, "Wis-
by resedit tamen propter Anglicos", illuc se transfudit - -*
(propter?) *Curonum & Rutbenorum furorem; ibi obiit*
anno D:ni MCCXLVIII.º & in summo choro apud eosdem
sepelitur. Quo loco, licet aut corrupta sint, aut difficil-
lima intellectu verba illa, *Wisby resedit tamen propter*
Anglicos, interim in Choro templi ad *Ordinem* aliquem
aut

(46) *Incerti Scriptoris Sveci Chronicon Rer. Sveogothicar.* ab
OL. CELSIO editum (Ups. 1705, 8:º) p. 6, reperiendum etiam in
LANGEBEKII *Scr. Rer. Dan.* T. IV (vid. p. 594). Cfr. LAGER-
BRING l. c. p. 462, not. (2).

(47) Cfr. MESSENIUS Sc. T. X, 9. Habuisse hos Wisbyæ Monasteri-
um celebre, docent RHYZELIUS *Monast. Sv.* p. 156, WALLIN *Gothl.
Saml.* p. 4; cfr. VASTOVII *Notit. Monasteriorum, Viti* præmissam, ac
inprimis *Append.* (Ed. Col.) p. 177, ubi Bullam Papæ *Innocentii IV* exhi-
bet, "*Priori ac Fratribus Ordinis Prædicatorum de Wisbii, Lingacopæ.*
Dioc. per Gothlandiam, dat. Anagninæ IX Cal. Octobris, anno primo (23
Sept. 1243) Cfr. A CELSE p. 67, n. I,

(aut *Communitatem* s. *Confraternitatem*, gl'de?) pertinentis, fuisse sepulcrum, atque apud eundem ante *resedisse* (habitasse, quod tamen nonnisi de ultimo vitæ suæ tempore intelligendum esse, aliunde satis constat), manifestum est. Num peculiarem quandam Societatem, suo tempore instructam, *Gens Anglica* hoc tempore in urbe Wisbyensi, mercatura florentissima celebri, habuerunt, ad quos populares suos noster confugit? Aut nonne credendum potius est, primos Fratres Prædicatores, qui Ordini suo sedem in Gotlandia stabilem comparaverant, ex *Anglia* oriundos fuisse, atque hinc Monasterii hujus fratribus nomen *Anglicorum* hac ætate adhæsisse? Definire tamen nihil valemus.

BERO, I.

(aa) *Cancellarium* R. *Erici Secundi* (legendum videtur *Undecimi*, *Erici Filii*; ex male intellecta numeri nota, II pro 11, (2 pro XI) natum errorem existimes? (48)) fuisse, etiam aliunde constat (49): qua vero cognatione laudatum illum Regem noster contigerit, nunc quidem sci-

(48) Nulla enim ratio excogitari potest, cur *Secundus* appelletur? cui *Ericum* certe Sanctum, ejusque nepotem *Ericum Canuti*, in imperio præcessisse, ignotum esse potuit nemini.

(49) De *Cancellariorum* Regionum his temporibus dignitate agit, nec paucos illorum enumerat VON STIERNMAN in eorum illo Indice (*Sörtekn. uppå Herrar Sweriges Rikes Cancellarer &c*) quem adjecit PETRI ANDREÆ NIGRI (Swart) *Historiæ Veterum Episcoporum Arosiensium*, a se editæ, p. 80 sqq. Inter hos *Beronem* nostrum *Cancellarium* fuisse R. *Erici* docet annis 1222, 1240 & 2240; ex monumentis sine dubio, quibus, per hos annos editis, nomen ejus, cum muneris adjecta mentione, insertum reperitur? quæque hinc fidem Autoris nostri pulcre confirmant.



scire haud licet. An ex gente fortassis fuit Folkungica? De hujus Episcopi gestis parum novimus, neque quomodo ad dignitatem Episcopalem evehctus fuerit, traditur; a Rege tamen constitutum esse, facile credas. In hujus tempus *Birgeri Jarli* expeditionem Tavasticam incidisse, verisimile est. Valde autem memorabilia sunt, quæ de hoc Episcopo habet *Fragm. Palmisköldianum*, a nobis saepe laudatum, quod de nostro ita: *Bero Westgotus est, alienavit tributum Finnonum ad manus Regis, cujus erat consanguineus & Cancellarius. Obiit anno Domini --- (numeri notæ defunt) & in Rånthåmåki sepelitur.* Non fuisse hunc locum MESSENIO incognitum, satis intelligere ex iis licet quæ cum in *Scandia illustrata* (50), tum in *Chronico Rhythmico Finlandiæ* (51), commemorat. Minus vero accurate verba veteris auctoris interpretatum esse putamus, cum Episcopum nostrum vel Ecclesiam suam (h. e. ordinem Clericorum) *annuis Regi pendendis submisisset*

B b

tri-

(50) T. X, p. 10: *Circa MCCLVI Episcopus Finlandiæ Bero, annuis Regi Sveciæ pendendis, Ecclesiam submisisset fertur, tributis,*

(51) P. 19, Björn Gråfson Balck den mannen het,

Rong Erich skyld, som jag wist wet,

Swilkens Cantzler han är med art,

Förr han Nådamedes Bislop wardt,

Swilken hos Kungen lofvar ut

Gifwa honom hwart år Tribut.

Unde autem patri *Beronis* nostri nomen fuisse *Gregorii* resciverit, ipsumque e gente oriundum, multo serius in Fennia nostra florente, quod cognomen *Balck* gessit? difficile fuerit conjicere; nisi turpi errore, cum *Beronis* hujus post integrum seculum successore, *Berone* II, *Georgii* filio (non *Gregorii*) *Balck* (de quo infra) nostrum confudisse putemus? a qua culpa vix immunis haberi poterit. Non debebant itaque hunc errorem adoptare atque repetere VON STIERNMAN I, c. p. 83, & (ex parte) RHYZELIUS I, c. p. 328.

tributis, vel ipsum sese annuo ferendo tributo obligasse, asserit. Potius colligas, Finnonos Svecis subditos, stipendium hactenus non Regi, sed Episcopo pensurasse; exiguosque, primis temporibus, hos redditus, religionis propagationi adjuvandæ ac novellæ Ecclesiæ fundandæ a Regibus fuisse concessos? quibus jam præclare auctis, novus Episcopus renunciare aut necesse habuerit, aut consulum duxerit. Quæ ejusfacilitas, Hierarchiæ patronis haud placuisse videtur.

Non multo post mortem *Thomæ*, hunc *Beronem* Episcopale munus adiiisse, MESSENIUS (52) facile credimus, (adeoque tempore expeditionis Tavasticæ a *Birgero* Jarlo perfectæ, Fennicam rexisse Ecclesiam). Annum ejus emortualem idem MESSENIUS 1258 designat (53): ex conjectura?

(b b) Prima hæc est hujus Templi, quæ in antiquis monumentis occurrit mentio; nam ex vetustis fluxisse Episcoporum Finlandensium Catalogis, *Fragm. Palmsköldiani* consensus probat. Unde simul patet, Templum Aboënse nondum fuisse Cathedrale.

RAGVALDUS I.

(cc) Anno 1250 Regis Erici XI Cancellarium fuisse, ac deinde a. 1252 & 1254 *Ducis Birgeri*, dicit VON STIERN-

(52) *Scand. T. X* p. 9.

(53) A. 1249 mortuum fuisse dicit SPegel l. c. p. 388; quod unde didicerit, nos quidem latet. RHYZELIUS autem a. jam 1240 factum Episcopum hariolatur, adeoque octennio ante antecessoris sui mortem: quod ejusdem sine dubio commatis est, ac laudes quibus vitam nostri, ex ingenio, liberaliter ornat,

STIERNMAN, l. c. p. 83. Addit: *postea factum Episcopum Aboënsē*, (adeo ut proximus in utroque munere *Beroni* successor fuerit) Quæ tamen omnia quibus argumentis nitantur, non significat. Noster Auctor prius quam dignitati Episcopali admooveretur, officio Cancellarii functum confirmat. *Birgero*, ut in Ostrogothia natum, maturius innotuisse conicias?

Muneri Episcopali circa a. 1258 fuisse admotum, affirmat MESSENIUS (Sc. T. X p. 10); octennio prius RHYZELIUS (l. c. p. 329), cui STIERNMANNI assertio minime consentit.

(dd) *Marskott* cujus hic fit mentio, quid sit, recte explicuit MESSENIUS l. c. nempe *Sportula, Episcopi* (& Curati) *quotannis mense a Diœcesanis (& parochianis) offerenda*. Cfr. DIJKMAN *antiquit. Ecclesiast.* p. 283. Post dimittos ab antecessore suo reditus Episcopales, necessarium forte hoc consilium, jacturæ illius reparandæ, nostro visum fuit? Nam symbolam sive contributionem hanc cibariam ad Episcopi etiam spectasse quæstum, cum MESSENIUS existimamus (54); quamvis Pastoribus (Curatis s. Rectoribus) Ecclesiarum imprimis lucrosam fuisse, non negemus (55). Hujus autem tributî qualis ratio fuerit,

B b 2

ex

(54) In Westrogothia ad solum olim pertinuisse Episcopum, ex verbis Legum Westrogothicarum colligas? ubi (Kyrtiu Volkâr, XIV S. 10 §) sancitum legitur: *Præster a quitân Dunda allan, ef ef fer thâr til Graßufotâ komber a Langi Freadagi. Jucte a Præster aff them alinosom a altare femma um Maskuzdagh*. Apud nostros autem majores cur Episcopo partem aliquam hujus sportulæ accessisse, putemus, infra in vita Episcopi *Hemmingi* docebimus.

(55) Mire SPEGEL l. c. *Monachis* hanc sportulam dari jussisse, Episcopum nostrum dicit; ut enim præteream, Monachos quosdam, sicut

ex superstitibus adhuc veris quibusdam monumentis, intelligi potest; quorum antiquissimum infra damus (56), alia quædam suo loco adjuncturi.

Sive

videtur, adhuc in Finlandia non fuisse, Sacerdotum suorum sustentationi, non Monachorum usui, nostros illam præbuisse, constat. Verba SPEGLII sunt: Han (Ep. Ragvaldus) sågs ibland annat hafwa uträttat thet almogen öfwertalles til at på wisa tider om året gifwa Munkarna Maats skott, thet är allehanda spis som the behöfde til uppehälle.

(56) Litteræ Beronis Legiferi, (de quo postea), tales de hac re in *Registro Aboënsi* Fol. 6 occurrunt: "Nos Bero Legifer Nylandie & Limvidus habitans in parrochia Tenale, omnibus notum facimus, quod cum apud habitatores terre Nylandie & rusticos insularum Finlandie, juri Helsingonico subditos, diversa erat consuetudo in exhibendo Mathskot, cum in quibusdam parrochiis XIII marce butiri, in quibusdam XII vel XI, quibusdam vero novem marche butiri pro Mathskot solvebantur, de quo magnum jurgium & scandalum inter sacerdotes Curatos & rusticos existit generatim: venerabilis in Christo pater Dominus Ragvaldus, Dei gracia olim Episcopus Aboënsis, uniformitatem diligens in hac parte, pro scandalo hujusmodi delendo & jurgio sopiendo, ex communi parcium consensu statuit & ordinavit X marcas Butiri pro Matkut a singulis rusticis terre Nylandie & insularum predictarum annuatim perpetuo exhibendum; & nos cum multis aliis de terra Nylandie missis presentes fuimus quando dicta Ordinatio fuit facta. In ejus rei evidenciam sigilla nostra presentibus sunt appensa. Scriptum Tenalie anno Domini MCCCXL quinto, Dominica Reminiscere." Episcopus cujus in his litteris mentio fit, Ragvaldus II: fuit, (ut facile patet), initio seculi XIV florens, non noster Ragvaldus I, qui a. 1266 obiisse dicitur. Jurgia igitur atque lites illæ, apud Colonos Finlandie Svecanos de sportula annua (Mathskott) sacerdotibus pendenda exortæ, diu post nostri tempora existunt. Initio certa quædam portio non fuisse definita videtur, sed liberalitati contribuentium permessa (quare in *Legg. Westrogg.* l. c. *almofa, eleemosyna*, vocatur, *altari* imposita); quæ sensim consuetudine definita, sed variæ fuit: unde illæ, de quibus utraque pars querebatur turbæ. Sportulæ Episcopi nulla in his litteris apparent vestigia. Quia incolarum adhibito consensu, Ragvaldus II lites de hac contributione

Sive hujus Episcopi sive antecessoris sui tempore, Bulla quædam data reperitur Papæ *Alexandri IV*, Episcopo & Capitulo *Aboënsi*; ejus loci in nullo antiquiori diplomate factam mentionem hactenus invenimus (57). Superiores Episcopos *Finlandenses* vocatos fuisse, vidimus. Dubium hæc verba faciunt (nisi vitio scriptiōnis laborare putes?) annon *Templi* ædificatio jam prope perfecta fuerit? quoniam vix alioquin ex hujus loci nomine sedem appellari Episcopalem cœpisse credas? Scribit quidem Pontifex: *Cupientes igitur, ut ecclesia vestra, que in honore ipsius virginis (S. Mariæ), sicut asseritis, est constructa, congruis honoribus frequentetur &c.*, ita ut ad *Råndâmâkiense* etiam Templum trahi hæc verba non incommode possint: sed de novo quodam ædificio sermonem tamen potius esse credas; ac *Aboënsē* quoque Ecclesiam *S. Mariæ* fuisse dicatam (cui deinde adjunctus esse *b. Henricus* videtur), fatis constat (58).

Rus-

exortas composuit, probabile est, nostrum etiam non aliter egisse? Obiter notamus, ex his iisdem literis liquido constare, Svecos *Nylandiæ* insularumque nostrarum hoc ævo habitatores, rei pecuariæ imprimis studuisse; de *Fennis* vero aliter esse judicandum, infra docebimus.

(57) Cfr. LAGERBRING l. c. p. 798; qui nescit aliquem *Catillo* vetustiore nostræ terræ Episcopum, *Aboënsē* se vocasse; *Catillum* interdum, & adhuc, *Johannem I*, antecessorum more, *Finlandensis* usos titulo observans. cfr. p. 597 & 600.

(58) Cfr. supra p. 157 sq. not. (10). Cæterum Bulla Papæ *Alexandri IV* hæc data est *Anagninæ VI Kal. Martii*, Pontificatus anno quarto (24 Febr. 1258), ut habet *Registrum Aboënsē* Fol. 95, ubi a. 1258 etiam in margine expressus est; *Pontif. a. quinto* (1259) apud Nob. A CELSE legitur p. 79, n. 20,



Ruffos circa hæc tempora infesta Fennia arma intulisse, nostra nesciunt monumenta. In Estoniam igitur fortasse suscepta fuit Magni Principis *Alexandri (Nemski)* illa expeditio, de qua Russorum commemorant annales (59).

MESSENIUS *Ragualdum* nostrum a. 1294 licentiam obtinuisse Romæ ab Urbano IV fundandi *Rendemechie IV Canonias*, asserit: quo auctore? penitus nos latet. Nisi hanc commentus fuit rationem, ea, quæ in vita *Catilli* de institutione hac eadem, illius Papæ indultu facta (qui a. 1264 obiit, cum *Catillus* ante a. 1266 ad Episcopalem non pervenerit dignitatem) narrantur, cum certioribus temporum rationibus conciliandi? De quo consilio mox plura.

Tangit in nota (F) vitæ hujus Episcopi subjecta, RHYZELIUS (p. 329) conjecturam a *Scarino* olim de *Ragvaldo* nostro propositam; qui ut reddere patriæ posset suæ, cum *Ragvaldo* Scarensum Episcopo illum confundere instituerat. Ineptum hunc, ac ne ipsi quidem RHYZELIO omnino probatum, idcirco commemoramus ausum, ut cujusmodi commentis locus aperiatur indigitaremus, nisi a veterum fide monumentorum temere recedere, sui-que tabulas ingenii iis substituere, religioni habeatur. No-

(59) Auctor *Historiæ Imperii Russici, quo tempore Tatarorum paruit dominationi*, in (ARNOLDI) *St. Petersburgisches Journal*, IV B. p. 229, dicit: Unterdeß (1256) unternahm der Großfürst (Alexander) einen Feldzug gegen die Tamen, -- Hierauff vereinigte er sich mit den Nowogrodern, und zog durch unwegsame gegenden und finstre Wälder gegen die Schweden (oder Dänen) und Tschudischen Wälder, verheerete alles Land an der See-küste, und fehrte mit großen Schätzen nach Nowogrod zurück.



Nostrum & a. 1264 hic mortuum fuisse, & in Templo *vnb.*
Rändämäkiensi sepultum, JUUSTENUS (cum *Fragm. Palm-*
sköldiano.) aperte testatur.

Supra, p. 13, not. * significavimus, quam miro ad-
ditamento Episcopi hujus *Ragualdi* vitam, Codex unus
Ms Chronici nostri foedet; ubi vel 1268 (pro 1368) *le-*
gendum, adeoque ad proxime sequentis Episcopi *Catilli*
vitam hæc verba pertinere, *vel* (per errorem typogra-
phicum irrepsit &) *totum illud additamentum ad Magnum*
Episcopum, ordine apud auctorem nostrum *Nonum, trans ferend-*
um esse, conjecimus. Neutrum nunc placet, sed glos-
sam esse ineptam judicamus. Nam quia *Magnum* primum
fuisse Episcopum diserte & auctor noster & *Fragm. Palm-*
sköldianum testantur, in templo Aboënsi sepultum, (quæ
res obscura hic esse olim haud potuit), & laudatum sæ-
pe Fragmentum de *Catillo* etiam expresse habet eum in
Räntbämäki sepultum esse; hæc translatio Cathedralis Epi-
scopalis, hujus nondum tempore facta esse potuit. Mo-
vit nobis dubitationem, quod *Ragualdum* hunc jam
Aboënsē appellari Episcopum reperiremus (cfr. supra p.
191); unde ad ÖRNHJÄLMII conjecturam probandam, (qui
templum hujus Urbis maturius & exstructum fuisse &
Cathedrali auctum dignitate quam vulgo putatur, conten-
tendit), reddebamur proniores. Accessit, quod diem
10 *Cal. Febr.* quo factam fuisse *translationem Ecclesiæ Ca-*
thedralis Glossa dicit, non temere fuisse expressum, su-
spicaremur. Nunc hæc quoque res eo minoris esse pon-
deris videtur, quo certius constat, diem *Dedicationis*
Templi, non X *Kal. Febr.* sed *XV kal. Julii* (17 Junii)
fuisse olim celebratum; ut ex Calendario patet Libro
Missali Ecclesiæ Aboënsis præmisso.

CATILLUS.

(ee) VON STIERNMAN I. c. p. 84 de nostro dicit: Hertig Waldemars (sedemera? Konung?) Cancellar år 1265. Bles sedemera Biskop i Abo. Quam mire! *Waldemarus* enim admodum adolescentem a. jam 1257 Regem coronatum fuisse, constat; cfr. LAGERBLING I. c. p. 479, & p. 482, not. (3).

(ff) Res maxime memorabilis quam nostrum fecisse vetera commemorant monumenta, hæc est constitutio *Collegii Canonorum* (qui IV numero primum erant); quam non exigui momenti Hierarchiæ olim patronis visam fuisse, mirum haud putamus. Non Aboæ, sed in *Ränthämäki*, hoc *Collegium institutum* fuisse, (adeoque ibi sedem Episcopalem adhuc mansisse), disertis verbis *Fragm. Palmsköldianum* asferit; cfr. p. 13, not. 13. Neque tamen omnino nullo Episcopos hætenus adjutos fuisse *Capitulo*, sive *Consiliariorum* consensu, supra (p. 168 1q) observavimus; idque, quod ad Finlandenses proprie spectat Antistites, non spernendis confirmari testibus potest (60); sed Episcopi eligendi potestatem, (quam inprimis Reges, non sine magna Romani Pontificis offensione, exercuisse videntur), sibi arrogare ausos vix fuisse, credas. Itaque huic sc. malo erat occurrendum: quod vulnus majesta-

(60) In Bulla Papæ Gregorii IX (supra p. 182 not. (40) recensita, dicitur Episcopum Finnesem, "Capituli sui accedente consensu", terram -- concessisse. Bulla Papæ Alexandri IV (supra p. 193 commemorata) scripta est Episcopo "et Capitulo" Aboensi. Quo pertinere etiam credas quod de transferenda consilio Episcopi "et Clericorum suorum" Sede Episcopali, Papa Gregorius IX sanxit (vid. supra p. 184). Cfr. WILDE *Suecia Hist. Pragm. C.* III, S. II, §. 22, p. 384 1qq.



jestati suæ infligi, Reges patienter ferebant. **Crede**re fortassis veteri traditioni oportet, *Catillo* nostro Ecclesiam Fennicam gubernante, hoc institutum hic locorum fuisse perfectum; sed annum negotii peracti quem noster indicat (*Fragm. etiam Palmisköldiani* fultus auctoritate), cum reliquis, quas prodit, circumstantiis conciliari non posse, viri eruditi dudum observarunt (61): quas tamen, si rem serius factam putes, (a. 1275 aut 1279?) atque *Andream* & *Nicolaum* ab officiis quæ postea cum laude administrabant hic nominatos statuas, in concordiam redigi quodammodo posse, existimes? (62). Nam vixisse *Catillum*

C c

no-

(61) NETTELBLADT Schwed. *Bibliothec.* ad vitam hujus Episcopi *Catilli*, p. 68, not. (17) & (18); atque LAGERBRING l. c. II. p. 797. Neque veniæ a Papa Urbano IV impetratæ, neque consensus a Rege *Magno* dati, neque Visitatorum & Procuratorum ab auctore nostro nominatorum, (qui itaque ex aliis monumentis hæc hauserit necesse est), meminit *Fragm. Palmisköldianum*; rem tantum ipsam annumque ejus perfectæ, simpliciter indicans. MESSENIUS, a. 1266 *Magnum* nondum regiam dignitatem a fratre extorsisse memor, *auxilio Waldemari Regis, cujus fuisset antea Cancellarius, Catillum* nostrum Collegium instituisse *Canonicorum*, scribit, *Sc. T. II p. 51.*

(62) Supra, p. 13, not. (14) observavimus, Codicem *Chronici Jusseni* qui in Bibliotheca Acad. Aboënsis servatur, loco a. 1269 habere a. 1286; quem tamen in textum recipere, contra reliquorum (MESSENIO etiam visorum) & *Fragm. Palmisköldiani* consensum, auctori non sumus. Sed absurda tamen hæc lectio neutiquam est. Regem enim *Magnum* imperio jam tum fuisse potitum, demonstrat LAGERBRING P. II p. 567; *Fulconem* (s. *Folquinum*) Archiepiscopum Upsalensem a. demum 1276, quinta nonarum Martii diem suum obiisse, constat (*Chronicon de Archiep. Ups.* a SCHEFFERO ed p. 21); *Andreas* Præpositus quidem a. ante 1278 fieri non potuit (ib. p. 118 & 120), sed inter Canonicos Upsalensis Ecclesiæ antea jam fuisse, probabile est; *Nicolaus* (sine dubio *Allonis*?) qui circa a. 1282, primus Decanus ejusdem fuit Ecclesiæ, (postmodum, a. 1292, ad Archiepiscopalem evehctus dignitatem), similiter *Canonicus* antea ibidem fuerit?

nostrum usque ad a. 1285 aut 1286, & mox (in vita successoris sui *Johannis*) demonstrabimus, & ex decreto Comitali patet *Alsnönsi*, a. 1285 facto, cui noster quoque subscripsisse reperitur (63).

Singulare videri queat, & tot *Episcopos Finlandenses*, his temporibus, post administratum aliquamdiu munus *Cancellarii Regii*, tiaram quasi mercedis loco accepisse sacram, & plerosque eorum *Westrogothos* fuisse? Nisi itaque forte accidisse putes, Reges vel sua valde interesse credas existimasse, ut Episcopi huic terræ, recens domitæ barbarisque vicinæ, inprimis fidos sibi spectatosque præficerent, vel facilius huic Diœcesi, quam reliquis, quos maxime vellent Antistites dare potuisse? In *Westrogothia* autem, sede antiquissima religionis Christianæ in Svecia, (ex Anglia atque Norwegia illuc propagatæ) copiam tum uberiores exstitisse hominum, præceptis ejus atque cognitione literarum qualicumque imbutorum, non est improbabile? Cfr. LAGERBRING P. I, C. 16, §. 20 & 29, p. 520, 532 sq; P. II, C. 6, §. 9, p. 149; C. XI §. 17, p. 275 sq; TIDGREN *Wästergöthlands Hist. och Bestr.* C. IX, §. 1 — 7. Elogiis tamen quæ his popularibus suis

Nicolaum Parvum Decanum, hoc loco legit RHYZELIUS, non incommode, si illo cognomine appellatum fuisse, doceriqueat; *Parvedicanum* autem omnes quos vidi Codices habent; quod vocabulum corruptum esse, non sine ratione suspicatur NETTELBLADT. Bullam aliquam Papæ *Urbani* IV exstitisse, quæ hoc institutum probaverit, non est quidem improbabile, licet nulla ejus jam supersint vestigia (cfr. A CELSE p. 81, n. 5); sed neque speciali tamen Papæ venia opus fuisse, recte monet LAGERBRING l. c. p. 797.

(63) Ipsum Diploma exhibet HADORPH, *Append. ad Vet. Leg. Municipal.* Diårtda Rätt. p. 3. -- 5, cui subscripsit etiam *Bisfup Kyåttil af Sinlandi*; cfr. LAGERBRING II p. 600 sq.



fuis (*Rodulffo, Beroni, Ragvaldo*, quem iis per errorem, ut supra, p. 12, ostendimus, associat & *Catillo*) liberaliter (ex ingenio) impertit RHYZELIUS l. c. p. 327 sqq, non multum tribuimus. Nec quo auctore idem (p. 330) conjiciat, Episcopo maxime *Catillo* suatore R. *Magnum Aboæ* a. 1274 *officinam monetariam* instituisse? existimare possumus: in Testamento quidem suo, a. 1285 condito, nullam ejus (inter cæteras a se enumeratas) Rex mentionem facit (64).

Hujus tempore Episcopi, BENEDICTUS, filius *Birgeri Farli* quartus, (frater Regis *Magni Ladulås*), constitutus fuit *Dux Finlandiæ*; quodja. 1276 factum fuisse dicit MESSENIUS (Sc. T. X p. 10), anno vero demum 1284 contigisse demonstrat LAGERBRING (65): saltem non ante hunc annum, pleno promissi sibi beneficii fructu uti cœpisse, credas (66). Nomen enim inane haud fuisse, vel ex oblata

C c 2

ab

(64) Quod legi integrum potest in Actis Upsal. a. 1731, p. 44.

(65) L. c. p. 613 sq; ubi quæ not. (3) adducuntur testimonia, magnum profecto habere pondus videntur. Locus autem *Diarii Wisbyensis*, quem in mendo cubare vir acutissimus recte vidit, ex accuratioris descriptus exemplo apud LANGEBEKIUM (*Script. Rer. Danicar.*) T. II p. 255 ita jam integer legitur: "MCCLXXXIV electus est in Regem Swecie *Scheningie* BYRGERUS, filius Regis MAGNI, & *Eri-cus* frater ejus factus est Dux, licet ambo parvuli essent. Dominus autem *Benedictus*, frater Regis, factus est Dux Fynlandensis".

(66) Ita non incommode conciliari posse discrepantes quæ de hac re exhibentur narrationes atque testimonia, credimus. Promissa *Benedicto* dudum fuisse Finlandiæ Ducatus videtur, (cujus etiam titulum interim usurpasse putandus est, si Edictum R. Magni quod exhibet HADORPHIUS l. c., anno jam 1280 datum esse existimetur); sed non ante a. 1284 vere traditus. Cfr. LAGERBRING l. c. P. II p. 484, 533, 597, 599, 613, 614, not. (4).

ab hoc Duce Fratribus suis dissidentibus *Waldemaro* & *Magno* honestissima conditione (si vera narrat ERICUS O. LAI, p. 64), concludas, ut Ducatu suo (æque ac parte bonorum patrimonialium ad se pertinente) decederet illis. que dividenda permetteret, modo vel sic inimicitias exuere pacemque inter se atque concordiam servare vellet (67).

De *Catillo* hoc Episcopo non tantum dicit *Fragm. Palmsköldianum* (ut supra p. indicavimus): *in Rånthämäki sepelitur*, sed etiam addit: *ibi (& ibi vel ubi?) plerique Episcopi sunt sepulti*. Quæ verba ad antecesores suos sine dubio restringere oportet, ita ut *precedentes* (vel tale vocabulum) exciderit, aut loco *is plerique* sit substituendum?

Cir-

(67) Existimare possis, ERICUM non tam Historicum hoc loco egisse, quam Rhetorem, atque oblati a magnanimo pacis fraternæ auctore bonis Patrimonialibus temere addidisse Ducatum, quo potius nondum erat? Nisi ad desistendum spe potiundæ, paratum se ostendisse, significare voluit? Qua cæterum potestate Finlandiam tenuerit, definire haud valemus: forte eadem, qua cæteri tum Duces suas solebant provincias obtinere? qua de re cfr. LAGERBRING l. c. p. 693 sq. Quamdiu hoc usus sit in nostram patriam imperii genere, dubitatur? An scilicet etiam post Episcopalem Lincopensis sedis dignitatem adeptam, retinuerit: quod improbable haud videtur. Finlandiam suam an viderit unquam, aut quidquam ei boni attulerit, (ut laudat *Mesf. Chr. Finl.*) nos omnino non latet. A. 1291 mortuum esse constat. Cæterum de eo consulatur LAGERBRING l. c. P. II p. 787 -- 788, & PERINGSKÖLD l. c. II p. 204 sq. (Cfr. SHEFFERUS *Chron. Archiep. Upsl.* p. 148 & CELSII *Chron. cit.* p. 9 & p. 68, 70; qui quod tangunt ulcus, nescio an adhuc sit bene sanatum? Mendum alicubi latere suspicor!) Bullam Papæ *Alexandri IV.*, qua *Birgero* Jarlo licentiam tribuisse creditur Regnum Sveciæ inter filios distribuendi, allatam a VASTOVIO (Ed. Col. p. 180; sq; cfr. LAGERBRING l. c. p. 483 sq), mire admodum recenseri video apud Nob. A CELSE l. c. p. 76, n. 7.



Circa hæc tempora crudelem atque immanem illam contigisse *Rufforum* in Fenniam irruptionem, quam Historicis nostris hactenus ignotam, Bulla Papæ *Gregorii* X ad Electum Upsaliensem data, dolenter describit; supra p. 128 sq. docuimus. Ut itaque, nostris saltim his oris, res adeo pacatas atque a vicinorum insultibus tutas ac vulgo perhibetur, haud fuisse, satis diluceat.

Seriem quandam eorum, qui Regis nomine his olim præfuerunt provinciis, rerumque ab iis gestarum notitiam, exhibere, monumentorum inopia non permittit. Quorundam tamen memoria non omnino intercidit. Quamobrem, nomina saltim eorum quos hoc & sequentibus temporibus rebus nostris præsedisse reperimus, sensim edemus. Ita CAROLUM nescio quem circa a 1280 *Præfectum* fuisse *Finlandiæ*, ERICUS OLAI (Ed. Locc. p. 75 extr.) ita narrat, ut cum seditione & pœna *Folkungorum* sedatisque peregrum supplicium turbis, conjungere videatur. Ita enim ille: quos (*Folkungos* cum asseclis) *venientes fecit continuo comprehendi, & ad Stockholm perduci, ubi duo ex eis, Johan Philipson & Johan Carlsson capite sunt truncati; Philippus vero de Runeby omnibus suis hæreditariis bonis vitam cum difficultate redemit. Decollatus est etiam Birgerus, frater Johan (Johannis) Carlsson: "Carolus autem Præfectus est Finlandiæ." & ita omnis hæc discordia sedata. Credas fere Carolum hunc fratrem etiam istius Johannis Carlsson (adeoque genti *Folkungorum* affinem) fuisse, sed minoris fortasse culpæ reum, atque hinc in Finlandiam, ne novas ciere turbas posset, in exilium quidem, sed honoris specie tectum, a Rege fuisse missum?*

JOHANNES, I.

g*). Hoc est, primus fuit Episcopus Finlandiæ, qui ad normam Juris Pontificii, per Canonicos, nuper ad Ecclesiam Cathedralē constitutos, electus sit. Itaque videmus, non *Cancellarium* Regis, sed *Monachum*, plurimis suffragiis muneri Episcopali fuisse admotum. De anno dissentiunt auctores, MESSENIUS, qui *Sc. T. X* p. 10, circa a. 1283 sedisse dicit, *T. IX* p. 64. anno demum 1288 Episcopum factum significat; utroque loco falsus. *Chronicon* a CELSIO editum, sæpius a nobis jam laudatum, anno 1286 electum (p. 9) recte docet; cum quo concinit CORN. HAMSFORTHII *Chronol. Secunda* (vid. LANGEBEK l. c. *T. I*, p. 294), addens quædam, illi non commemorata, nobis vero non prætereunda. Dicit enim ad a. 1286: *Hoc tempore Sigtunæ in Sveonia Concilium a Clericis celebratur. JOHANNES sodalis prior Collegii Sigtunensis creatur Episcopus Finlandiæ, præsentē Rege Magno Ladulaas.* Quos sequuntur PERINGSKÖLD, l. c. II p. 139; & RHYZELIUS l. c. p. 37 & 330). HAMSFORTHII locum partim confirmat; partim illustrat testimonium Veteris *Chronici Msti* cui *Annalium Sigtunensium* titulum impertiendum judicat Cel. NORDIN (cui notitiam ejus debemus), ubi hæc leguntur verba: *MCCLXXXVI Capitulum Provinciale (68) celebratum Siktbonie. Electus in Episcopum frater Johannes, Prior Siktbonensis.*

Ex Polonia hunc JOANNEM fuisse oriundum, narrat VASTOVIVS, in ejus Vita, (nescio quo merito *sanctis septentrionis* illum associans, inter quos tamen neque a Papa neque a nostris solenniter fuisse adoptatum, constat), atque quod *ordini d. Dominici* nuper a sede apostolica confirmata.

(68) *Sc. Dominicanorum*, non *Concilium Clericorum Sveciæ*, ut incommodè HAMSFORTIUS, quem veterem aliquem male intellexisse auctorem, apparet.



firmato, jamque tum florenti sese mancipaverat, ejus propagandi causa a d. Hyacintho item Polono in Sveciam missum, anno salutis 1233; quo in negotio, pergit, felicissimos fecit progressus. Jarlerum enim Archiepiscopum Upsalensem facile induxit, ut Monasterium amplissimum Prædicatorum Ordini in oppido Sigtunæ exstrueretur, — ubi Joannes non paucos vitæ Monasticæ alumnos collegit, & undequaque virtutum radios sparsit deditque suavitatem odoris, donec ceu lucerna ardens ad Aboënsē sublimaretur Episcopatum. Quibus igitur virtutibus Monasticis, sine dubio, VASTOVII judicio, meruit sanctorum cohorti adjungi. Hunc auctorem recentiores deinde Historici fere omnes secuti, Poloniam Johanni nostro patriam dederunt (69); nam veteres nihil tale significarunt (70). A vulgari autem opinione, parum idoneo nixa fundamento, recedendum esse, judicat cujus sapius laudavimus perspicacem diligentiam, Cel. NORDIN. Judicium ejus adponere juvat: *A Vastovio inducti quotquot sunt sequioris ævi scriptores, hunc (Johannem nostrum) Polonum faciunt, quod tamen nulla ratione constare potest; hoc enim neque veterum quispiam unquam dixit, neque per ætatem quam illi tribuit Vastovius, p. m. 77 Vit. Aquil. (Ed. Benzel.) credere fas est, quum Johannis iste Polonus, qui Ordinis Dominicani propagandi gratia, anno 1233 ad nostros venisse perhibetur, hoc*

(69) PERINGSKÖLD l. c. II p. 139; BENZELIUS *Monum. Vet. Eccl. Svecog.* p. 204; RHYZELIUS l. c. p. 37; LAGERBRING l. c. p. 777; plures ut taceam.

(70) Ne MBESSENIUS quidem hujus rei meminit; neque in *Chronicis* vel a SCHEFFERO vel a CELSIO, vel a LANGEBEKIO editis &c. verbo ullo Polonicæ suæ originis mentio fit; quæ ignota esse non debuit. Cum alio Johanne aliquo, ætate majore, ex Polonia fortassis huc olim misso, *Vastovium* confudisse nostrum Episcopum, gente puto Svecum, credas?

hoc modo nonagesimum, plus minus attigisset annum, eum in Archiepiscopum postularetur.

(gg) Cfr. *Chronicon Archiep. Upsal.* a SCHEFFERO editum, p. 62 sq; BENZELII *Monum. Vet. Eccl. Sveog.* p. 39 & 104 sq. PERINGSKÖLD l. c. II p. 139; RHYZELIUS p. 37; LAGERBRING II p. 777 & 798. Anno hoc factum fuisse alii 1289, alii vero 1290, asserunt; his favet CELSII *Chronicon*, ubi dicitur: *MCCLXXX — translatus est Dominus Johannes Aboënsis Upsaliam* (p. 10). RHYZELIUS diem etiam, quo *suffragiis concordibus* postulatus a Capitulo Upsaliensi sit, indicat, nempe 19 *Novembris* 1290, nescio quo auctore; cum tamen ipsa Bulla exstat (71) Pa-

(71) In *collectione FREDENHEIMIANA*, cujus supra p. 127, not. (105), mentionem fecimus. Ex qua Bulla, benigne nobiscum communicata, atque in *Sylloge Monumentorum* infra edenda, quædam hic loca adferre placet. Dicit igitur Papa: - - - "*Dudum siquidem Upsalensis Ecclesia per obitum bone memorie Magni Upsalensis Electi confirmati & etiam consecrati vacante, --- Capitulum ipsius Ecclesie, --- convenientes in unum pro futuri substitutione Pastoris, & deliberantes per viam procedere compromissi, in --- Johannem Archidiaconum* (quem a MCCXC, septimo Kal. Junii obiisse testatur Chron. Archiep. Upsal, a Scheffero editum, p. 149; cfr. Chron. CELSII p. 10), *Andream prepositum & Olavum Canonicum ejusdem Upsalensis Ecclesie compromittere curaverunt, promittentes quod illum in suum ac ipsius Ecclesie Upsalensis Archiepiscopum reciperent & haberent, quem ipsi de se vel aliis in Archiepiscopum ejusdem Ecclesie concorditer eligendum ducerent vel etiam postulandum. Dicit vero compromissarii, hujusmodi compromisso recepto, secedentes in partem & demum inter se diligenti deliberatione prehabita, vener. Fratrem nostrum Johannem, Episcopum Aboënsis, in Upsalensem Archiepiscopum unanimiter & concorditer postularunt; at idem Episcopus postulationi hujusmodi de se facte, sibi que per specialem ejusdem Capituli nuntium infra tempus legitimum presentate, nec consentit, nec dissentit, sed super hoc dispositioni Sedis Apostolice se commisit; ac postmodum prefati Capitulum per*

Papæ Nicolai IV, ad Abbatem Monasterii de Saba, Cisterc. Priorem Predicatorum de Sictunia, ac Guardianum Minorum Upsalen. Fratrum, Ordinum, qua iis negotium examinandæ postulationis hujus commisit, data apud Urbem Veterem octavo Id. Julii anno (Pontif.) tertio (d. 8 Julii 1290). Anno autem 1291, in itinere ad Papam suscepto, Prouini in Gallia mortuum fuisse, communi traditur consensu.

Brevi tempore quo Fennicæ præfuit Ecclesiæ, quid ei boni præstiterit, penitus ignoramus.

(hh) Numerorum notas hoc loco editas (1268), mendosas esse, ex anno Archiepiscopi hujus emortuali nuper indicato, atque ab omnibus veteribus concorditer prodito auctoribus, liquet; quas neque a JUSTENO nostro esse profectas, utpote quæ ab optimis absunt Codicibus, supra (p. 14, not. 17), significavimus. Neque annum vel adventus, vel abitus, vel mortis suæ, Fragm. Palm-sköldianum commemorat.

D d

MAG-

dilectos filios Carum (legi Carolum, sc. Erlandi filium, jubet Cel. NORVIN) & Ervastum Ecclesie Upsalensis predictæ Canonicos, ad nos propter hoc specialiter destinatos, decretum postulationis hujusmodi presenterunt --- Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus habentes pro oculis solum Deum, si eundem Episcopum, diligenti examinatione *præ vos facta, de ipso, vita, moribus, honestate, scientia & aliis virtutum meritis inveneritis esse ydoneum atque dignum ad supportationem Archiepiscopalis oneris, auctoritate apostolica postulationem admittentes eandem, ipsumque a vinculo, quo Aboensi tenetur Ecclesie absolventes, sibi transeundi ad predictam Upsalensem Ecclesiam licentiam tribuatis &c.* Memorabile est, hujusmodi negotii judicium a Papa Monachorum maxime Præfectis, quibus sc. fidem imprimis habuit, fuisse commissum. Approbatum ab illis Johannem nostrum fuisse, eventus docet.

MAGNUS, I.

(ii) Ab hujus *Magni* ætate, paullo uberior lux rebus ad fulgere patriæ nostræ incipit. Ac primum sedem Episcopalem, ejus opera, a demum 1300 ex Råndamåki ad locum ubi nunc est urbs Aboënsis sita, fuisse translata, constanti majorum, qui scire poterant, traditioni est credendum. ÖRNHJÄLMII dubia supra jam, p. 184 sustulimus. Definire tamen haud audemus, an indicato nuper anno ædificatio Templi Cathedralis demum ita perfecta fuerit, ut cultui Divino celebrando consecrari posset? quod aliquanto maturius esse factum, credas. Indulgentiæ certe Papales annis jam 1292 & 1296 illis concessæ, qui festis quibusdam diebus visitaturi essent *Katedralem Ecclesiam beate Marie Aboensem* (72), sive *Ecclesiam Aboensem in honorem beate Marie virginis & sancti Henrici Episcopi & Martiris fundatam, honorifice constructam*, (73) dubitare non sinunt, quin jam tum ibi sacra fierent; quod eo certius videtur, quum inter festa quibus frequentari novum Templum Pontifices vellent, etiam festivitatem *dedicationis ipsius Ecclesie* numerarent. Cfr. supra p. 184.

Nova Bulla aut licentia Papæ *Bonificacii VIII*, ad translationem Cathedræ suæ perficiendam, Episcopum nostrum opus habuisse, vix credas (cfr. supra p. 174, not. (41)); qualis neque in *Registro Aboënsi* reperitur, nec puto, visa a quoquam est? *MESSENIUS*, nostrum secutus aucto-

(72) Ita vocatur in Bulla Papæ *Nicolai IV*, *Dat. Romæ apud sanctam Mariam Majorem, Non. Februarii, Pontificatus anno Quarto* (5 Febr. 1262), reperiunda in *Reg. Aboënsi* Fol. 65; cfr. *A CELSE* p. 96, n. 12. *Aboënsis* nomen adjectum, Templum a S. Mariæ Råndamåkiensi illo diversum significare videtur.

ctorem, ejus meminit, sed ut conjecturam facile agnoscas, *Sc. T. II p. 74*: cfr. a CELSE p. 100, n. 16. *Fragmentum Palmköldianum* nihil tale habet; ubi de Episcopo nostro non nisi hæc leguntur verba: *Magnus, primus Finno, Mertiala in Rusko natus. Hic ecclesiam cathedralem de Rântbâmäki ad Abo transtulit anno MCCC:o, & ibi primus sepelitur, qui obiit anno - - (numerorum notæ defunt).*

*Canonice electum nostrum Magnum, ac prius Canonicum fuisse Aboënses, JUUSTENUS narrat. RHYZELIUS autem, (l. c. p. 330), qui patris quoque nomen prodit, atque inde Thunson nostrum appellat, non modo studiis operam dedisse (quod conijcere facile licuit), sed etiam exteris visitasse terras, & per aliquot annos Upsaliensis Ecclesiæ fuisse tradit Canonicum, antequam die 25 Januarii a. 1291, ab uno tantum Canonico (Aboënsi), cui nomen Johannes, in Episcopum eligeretur, a Papa deinde Bonifacio VIII confirmatus: qui unde hæc omnia eruerit? expiscari hæcenus non potuimus. Fontes enim suos (quos parum accurate solet examinare), pessimo more nunquam aperit. Nobisque, fatemur, suspecta hæc videntur; neque contra Chronici nostri auctoritatem, iis fidem, donec argumenta atque testimonia, quibus superstructa sint, nobis innotuerint eaque probabilia esse deprehenderimus, tribuere possumus. Inter Canonicos quidem Upsalienses, quorum indicem nobis Vetus Chronicon SCHEFFERO atque BENZELIO (*Monum. Sveog* p. 45 sqq) editum MAGNI nostri nomen haud comparet. Bonifacius VIII, anno demum 1294 in Decembri Papa factus est; ita ut parum verisimile videatur, Episcopum initio jam anni 1291 electum, ab eo demum confirmatum fuisse? SPUGELIUS quidem, in vita hujus Episcopi (ab Auctore nostro temere*

in quibusdam ille quoque recedens), narrat eum *ex Canonicatu Upsaliensi ad Præposituram fuisse Aboënsē translatus*, ac deinde hic Episcopum factum (73); sed reliqua a RHYZBLIO commemorata ignorat. *Præpositus* autem esse *Aboënsis* eo minus potuit, quo certius est, hanc dignitatem multo ferius, ab Episcopo demum *Hemmingo*, ut infra docebitur, fuisse in hac Ecclesia institutam. Fontem autem horum assertorum, cum indagare valuerimus, plenius, credimus, rem explicare dabitur.

De MAGNI nostri gestis plura apud MESSENIUM occurrere, quam quæ JUUSTENO memorantur, reperimus (74): sed qua fide digna sint, partim ex supra dictis liquet,

(73) Vid. EJUSD. *Kyrko = Hist.* (s. Chron. Episcoporum.) P. II p. 389 sq. Verba ejus sunt: "Magnus född i Finland uti en by kallad Merchela, al. Käffe, som ifrån Upsala Canonicat til at vara Prost i Åbo, och sedan wardt han, genom Västrens Bonifacii then 8:des tillerte, Biskep thesamnastades, flyttandes då man skref anno 1300 Biskopsätet ifrån Rendamechi til Åbo, al. 1289, thet han sedan blef begrafen i then nybygda Domkyrkan; men platsen, på hwilken samma kyrka står, kallades fordom *Unicangare*". Quod de loci nomine addit, (quem a Fennis *tumulum somni* appellatum innuit), id alii etiam, veteris fide traditionis narrant. Nisi igitur postea id nomen ortum fuit, antea jam *sepulturæ* locum fuisse, atque hinc quasi *dormitorium mortuorum* nuncupatum, credas?

(74) *Scand. T. X* p. 13. Unde transcribenda judicamus; *MCCXCIX Bonifacius VIII Beatum Henricum rationario inscripsit sanctorum.* (Hoc non nisi dubitanter *T. II* p. 74 asserere ausus est). *Idem approbat, ut Cathedra Finlandiæ Episcopalis a Rendamechio transferretur Abogiam. MCCC Magnus Finlandiæ Præsul, ope Birgeri Regis, cum Cathedra migrat Rendamechio Abogiam. Quo excuria S. Henrici deinceps, (non audet certum annum prodere?) XVIII Junii, & Noufo, solenniter fuerunt translata, & argenteo impostæ decenter loculo. Urbis fundamenta jaciuntur Abogensis; sed Ecclesiæ prius Cathedralis. Diu ante hunc annum jacta Templi fundamenta fuisse, fa-*



quet, partim res ipsa ostendit. Idem tamen, quod in *Chronico Finl. Rhythmico* (75), *Domum* quidem *Episcopalem* aliasque ædes *Magnum* condidisse asserit, sed *Cœnobium*, *Dominicanorum non ab eo, sed ab alio fuisse ædificatum* contendit, Episcopo nostro debitam eripuisse laudem, videri queat: siquidem fidem meretur catalogus *Conventuum* (i. *Monasteriorum*) hujus *Ordinis*, ad *Provinciam Daciæ, Daniæ Sveciæ & Norwegiæ complexam*, A. jam *MCCCIII* pertinentium quem, ex *JAC. ECHARDI Scriptor. Ord. Prædicator. p. XII* adfert *LAGERBRING* (1, c. p. 803, not. (7)); inter quos nempe *Finlandensis* quoque recensetur. Non est autem probabile, alio *Finlandiæ* loco prius, quam prope *Ecclesiam Cathedralē*, *Fratres* hosce sedem fixisse. Quin ex *Testamento Equitis Magni, Johannis Filii*, anno 1293, die 1 Augusti scripto, cujus adhuc supersit exemplum, jam tum hic *Aboæ* ejus *Ordinis* existisse *cœnobium*, demonstrat *RHYZELIUS* (76). Nec abhorret a vero, *Episcopi nostri antecessorem Johannem*, virum hujus familiæ præcipuum, de *colonia Dominicanorum* ad *Diocesiſin suam* deducenda consilium jam cepisse; successoris demum sui tempore fortassis perfectum? Mirum autem videri queat, nec a *JUUSTENO* nostro, nec

D d 3

ab

cille patet. Hæc eadem latius deducit in *Chronico Finl. Rhythmico* p. 24 sq. Multa ex ingenio & conjectura scripsisse, certis monumentis destitutum, liquet. Verisimile tamen est, non diu post *Ecclesiam Cathedralē* consecratam, exuvias b. *Henrici* illuc fuisse translatas, præcipuam loco sanctitatem collaturas.

(75) P. 25: Doch det Swartmunka Klofret har

Där ej bygde, men en annan.

(76) *Monasteriol.* p. 290, ubi legitur: Hr 1293 d. 1 Augusti, hafwer Riddaren Herr Magnus Johanson testamenterat til Prediko: Brøderne i Abo, 9 mark Penningar.

ab auctorum aliquo qui temporum illorum res tetigerit, initium ejus Monasterii prodi; cujus tamen generis eventus memoria inprimis dignos fuisse habitos, satis constat.

Urbis Aboënsis incrementa ab hujus ætate Episcopi, translataque huc cum Ecclesia Cathedrali, tum Episcoporum sede, maxime esse repetenda, facile liquet (77).

Anno 1293 sqq. (adeoque *Magno* nostro sedente Episcopo) *Savolaxiam* atque *Careliam* imperio subjectas fuisse Sveonum, supra (p. 126 — 125) docuimus (78): quo armorum Svecicorum successu, Dioecesin Aboënsis insigni auctam fuisse accessione, simul intelligitur. Convertendorum vero Careliorum curam non nostro commissam, sed *Petro Arosiensi* fuisse Episcopo, mirum videri queat; nisi hunc, ut præcipuum fortassis sanctæ expeditionis auctorem, gloriam ejus etjam perfectæ sibi vindicare, zeli que sui præclarum hoc edere specimen voluisse, existimes?

Cæterum lenem hominem atque pacificum *Magnum* nostrum fuisse, putes. Parum rebus ætatis suæ politicis (plerumque turbidioribus) se immiscuisse, parcusque quam

(77) Cfr. p. 172 sq. & Tidn. utgifne af et Sålufkap i Abo, a. 1783, N:o 35 p. 273 sq.

(78) Præter auctores ibidem, & apud Nob. LAGERBRING l. c. p. 670 seqq. laudatos, meminit hujus expeditionis etiam *Chronicon* ab OL. CELSIO editum, sæpe nobis citatum; ubi tamen annum minus accurate definiri (1297 pro 1293), cæterorum probat monumentorum consensus. Ita autem illud (p. II), sed a secunda manu, habet: *MCCXCVII Ivit exercitus Sveciæ ad Karelos, & constitutum est castrum Wiborgh, & Kareli fidem sumpserunt.*

quam Collegarum suorum Svecicorum quosdam, (atque ex antecessoribus quoque suis v. g. *Catillum*) consiliis publicis interfuisse, videtur. Nomen certe suum in actis eorum temporum vix occurrit (79).

Cum circa hæc tempora Russi, more suo (ac fortassis illatas sibi nuper, Carelica Svecorum expeditione, clades ulturi?) Finlandiam nostram hostiliter invasisent, ac *Tavastiam* inprimis, sibi viciniorem, crudeliter vastassent atque perussissent; noster, calamitatis incolarum misertus, partem tributi sibi debiti iis condonasse reperitur: quæ res diuturnam postea inter ipsum ac successores suos, vetera Episcopi jura instaurare nitentes, ab una, & *Tavastos*, hanc concessionem perpetuam fuisse (vel tale debitum sibi nunquam incubuisse) asserentes, ab altera parte, litem peperit. *Quatuor enim Pelles* (*Sciurorum* puto?) aut singulæ familiæ *Tavastorum* (*Röfar*), aut singuli viri adulti, qui arcum tendere atque tractare valerent (*Bogaman*) pendere olim Episcopo quotannis debebant: quod onus a primis usque subjugatæ hujus provinciæ temporibus impositum iis fuisse videtur. Harum pellium *quartam* illis remisisse nostrum constat; qua deinde libertate ad tempora usque *Benedicti* Episcopi, partim (licet haud quiete) fruebantur. Calamitatis, quam *Tavastiæ* accidisse, ex actis ad hanc pertinentibus litem discimus, Historici nostri nullam faciunt mentionem (80); ac probabile

(79) Literis Indulgentiarum, Monachis Sigtunensibus datis, cum *Brynolpho* Scarense Episcopo a. 1299 *Telga* subscripsisse, docet *WALLENUS Sigt. stant. & cad.* p. 310: Cfr. *Hypomnem. in Chron. Episcoporum. Abovnsium a P. Justen consignatum*, *Disf. Acad. Præf. JO. BILMARK* Abovæ a. 1771 ab *El. Reinh. Bergstadio* ed. P. I p. 16.

(80) Vid *LAGERBRING* de gestis hujus temporis, regnante sc. *BIRGERO*. (Cfr. l. c. III D. p. 2. &c.). Neque Russorum scriptores de



bile est, miseros nostros majores sapius similia expertos esse

hac re quidquam commemorant. Novogrodenſes, adjunctis ſine dubio Careliis ſibi ſubjectis aut ſociis, hujus incurſionis fuiſſe auctores, veriſimile eſt. Meminit ejus inprimis *Petrus, Archiepiſcopus Uppsaliſis*, in Litteris de lite ſupra commemorata datis, quarum itaque ſubjungimus exemplum: “In nomine Domini Amen. Cum anno Ejuſdem “MCCCXXX quinto, in profeſſo beati Olavi Regis & martiris, coram “nobis fratre Petro, Dei gracia Archiepiſcopo Uppsaliſi, in partibus orienta- “libus noſtre provincie, videlicet in dyoceſi Aboenſi viſitacionis officium “agentibus, inter venerabilem fratrem noſtrum, Dominum Benedictum “Dei gracia Episcopum ibidem, ex una parte, & inhabitatores terre “Tavaſtie ex altera, *ſuper quadam parte decime Episcopalis ſue, que “vocatur quarta pellis*, varia queſtio verteretur: nos ſuper hoc verita- “tem diligencius inquirentes, invenimus tam per testimoniales quorum- “dam discretorum litteras, quam per confirmaciones eorundem & a- “lia viva testimonia, quas & que idem Dominus Episcopus pro ſua “parte fundanda produxit, ſicut alias & ſepius coram venerabili pa- “tre Domino Olavo felicis memoriae olim Archiepiſcopo Uppsaliſi, “predeceſſore noſtro, produxerat, predeceſſores ſuos ita eandem quartam “pellem ſicut alias tres optimuiſſe diucius pro iure debito & levaiſſe; li- “cet unus ipſorum, bone memorie Dominus Magnus, olim Episcopus “ibidem, predicta terra Tavaſtie per Ruthenos crudeliter devaſtata, in- “colis ejusdem pia compaſſione miſertus, eos a predicta pellis exhibicio- “ne, de ſpeciali gracia ſalvoque jure iſtius & aliorum ſucceſſorum ſuorum, “ad tempus ſupportantes dicitur habuiſſe: quam gratiam tanquam pro ju- “re ſervare poſtea voluerunt. Idcirco Dei nomine invocato peritorumque con- “vocato conſilio, prefato Domino Episcopo ſuiſque ſucceſſoribus ſepredictam “quartam pellem adjudicandam fore perpetuo, auctoritate metropolitana “cenſuimus in hiis ſcriptis; omnibus & ſingulis predictam terram inha- “bitantibus firmiter injungentes, quatenus ſibi vel ſuo certo mandato “tam de iſta pelle quam de decimis ſuis, quas Divino & humano iure “ac etiam longeva terre conſuetudine levare tenetur, cum integritate “debita, annis ſatisfacere ſingulis non omittant. Datum anno, die “& loco ſupradicto.” Teſtes in hac cauſa auditi, eadem narrant; in- “ter quos complures, litteris hujusmodi ſubſcriperunt, quas integras adijcimus: “Cum plerisque in Dyoceſi Aboenſi conſtitutis ſatis conſtet, “quod jam ad longum tempus, videlicet ad viginti quatuor annos vel “circa, litigatum fuerat ſuper quarta pelle inter venerabiles patres,



esse fata, quorum ad nos nulla tamen memoria pervenit. Ante plene perdomitam Careliam atque Savolaxiam, (atque fortassis inter turbas ipsius belli Carelici) hanc Rus-
 forum irruptionem contigisse credas? (cfr. supra p. 131
 sqq.) Quæ, quo cæterum anno facta sit, non ultra sci-
 mus, nisi quod *Magno* sedente Episcopo, (inter annum
 1291 & 1308?) evenisse constet; adeoque illa quam Bul-

E e

la

“Dominos videlicet *Magnum & Ragvaldum*, Dei gracia pro tempore
 “Episcopos ecclesie Aboensis, bone memorie, *Benedictumque* ejusdem
 “gracia eidem ecclesie nunc presidentem, ex una parte, & *Tavastos* ex
 “altera, Dicentes quandoque se dictam quartam pellem nunquam exhi-
 “buisse, quandoque autem asserentes dictam pellem per Dominum *Mag-*
 “*num* prefatum, bone memorie, sibi fuisse totaliter relaxatam. Supra-
 “dictus vero venerabilis Pater Dominus *Benedictus*, sicut & predecesso-
 “res sui, Episcopi antedicti suis temporibus petiverunt, ita & nunc i-
 “ste petit, sepe dictam *quartam Pellem sibi reddi, vel Decimas de om-*
 “*nibus per Tavastos* prenominate exhiberi; *Tavastis* autem dicentibus
 “ad neutrum istorum se teneri. Unde pro veritate dicenda & testimo-
 “nio ferendo veritati nos subscripti super hoc specialiter requisiti, bo-
 “na fide & salva conscientia testimonium perhibemus in hunc modum;
 “videlicet quod dicta ecclesia Aboensis & eidem ecclesie presidentes Epi-
 “scopi, qui pro tempore fuerunt, in quieta & pacifica possessione &
 “receptione supra dicte quarte pellis, a tempore cujus in contrarium
 “non extat memoria, fuerunt inconcussi, quousque venerabilis & memo-
 “ratus pater Dominus *Magnus Episcopus*, ob devastacionem & combu-
 “stionem terre *Tavastie a Ruthenis factam*, eandem pellem ad tempus
 “ex gracia relaxavit; quo quidem tempore elapso dictam pellem sibi red-
 “di petiit, sed minime profecit. Quod nos subscripti, ut supra, sigillis
 “nostris presentibus litteris appositis, testificando protestamur. Scrip-
 “tum anno Domini MCCC tricesimo primo. Ego *Olaus* Canonicus
 “prenominate ecclesie Aboensis, *Johannes Laurentii* Prior Conventus
 “Ordinis Predicatorum, Frater *Johannes Allonis*, ejusdem Conventus.
 “Domini *Eskillus* Curatus Ecclesie *Hatalum*, & *Martinus* Curatus in
 “*Haw*. Item *Trugillus Spincke*, *Swichinus de Lundis*, *Ragvaldus*
 “*Joanson*. Item *Petrus* Sacerdos Curatus ecclesie de Lund.” Cfr. *Tidn.*
utg. af. et Sällskap i Åbo, 1.85, Bih. p. 125 -- 129,

la Papæ Gregorii X describit (supra p. 127 sqq. commemorata) fuisse recentiorem.

Praefectos hujus ætate Episcopi, *Finlandiæ* vel toti vel certis ejus fuisse provinciis, (cfr. supra p. 135 sqq.) novimus, primo WALDEMARUM, Regis BIRGERI fratrem, quem circa a. 1302 in hac dignitate Patruo suo *Benedicto* successisse, constat (81). Ducem hunc, (quem tamen nec semper nec totam hanc terram in potestate habuisse constat (82)), *Finlandiæ* quicquam emolumenti peperisse, haud scimus; nisi donum quod cum fratre ERICO in Testamento suo, Cœnobio & Templo Aboënsi, ut multis aliis, promisit, huc referre quis voluerit (83). Tributis autem & exactionibus hanc

ut

(81) Cfr. LAGERBRING l. c. P. III p. 6, & p. 9, not. (2).

(82) Ex Pactione inter R. BIRGERUM & fratres suos a. 1308 in-
ta, (apud HADORPHIUM *Bih. til Biårkõn Rätt.* p. 1.) docet Nob. LAGERBRING l. c. p. 55 & p. 57 not. (1), *Praefectos Regis* tum *arces Finlandiæ, Aboënses, Tavastiburgenses & Wiburgenses*, adeoque totam regionem, sub sua tenuisse potestate. In anni vero 1310 pactione, inter eosdem facta, *arx Wiburgensis & Carelia* nominatim Regi tribuntur, reliquis *Finlandiæ* partibus Duci *Waldemaro* concessis. Cfr. LAGERBRING *ib.* p. 80 sq; p. 82 not. (4); p. 89, not. (3); p. 109. Difficile est, rationes harum divisionum semper indagare: sæpe tamen videmus, regiones inprimis limitaneas Reges sibi vindicasse.

(83) *Fratribus Prædicatoribus Aboënsibus* (ut & *Skenningensibus, &c.*) Duces dedisse *XX Marcas pecuniarum*, Templis *XL*, notum est. Vid. LAGERBRING l. c. p. 139. & 356 sq. In *Registro Aboënsi* mentio præterea fit *judicil* ab eo facti inter *Ragvaldum* Episcopum Aboënsium & *Tavastos* de lite famosa *de quarta pelle*, cujus supra not. (80) meminimus, quam secundum rationes Episcopi dedisse, reperitur. Qua de re testis quidam edixit: "Recognosco fide media per presentes, me litteras quas Dominus *Waldemarus*, felicis memorie, quondam *Dux Svecie*, venerabili patri Domino *Ragvaldo* Dei gracia Episcopo Aboënsi, quondam super quarta pelle contulit, de *Svecia ad Tavastos* veraciter re-

ut alias provincias sibi subjectas onerasse, verifimile credas (84).

Deinde *Nicolaum Andream* (Nils Andersson) *Præfectum Finlandiæ* a:o 1303 fuisse, ex Regis *BIRGERI* ad eum litteris discimus, quas post *RICH VON DER HARDT* edidit *JO. ALB. FABRICIUS* in *Auctario Diplomatum, LINDENBROGII Scripturibus rer. Germanicar. Septentrionalium* adjuncto, p 188. In quibus literis mentio etiam fit Domini *Haraldi, quondam Advocati Regii in Tavastia*. Quæ cæterum (admodum vitiose editæ, quas itaque in Appendice curatius exscriptas dabimus) aperte docent, de *Tavastia* excolenda novisque agris & prædiis (vastarum silvarum loco) augenda, eo jam tempore fuisse laboratum; ac Regem earum etiam provinciarum res, quæ ad Duces fratres suos pertinebant, haud nullam gessisse curam (85).

E e 2

An-

portasse: in quibus Dominus *Waldemar* omnibus ipsis *Tavastiis*, sub optentu gratiæ suæ, dirigitè demandavit, ut illam quartam partem, de qua diu fuerat litigatum, ipsi Domino Episcopo redderent & plenarie perhiberent, ipsamque perpetuo adjudicavit sibi solvi, prout gratiam dicti Domini Ducis habere vellent inoffensam. Has igitur litteras Dominus *Eskillus in Hattalum*, me presente, coram supradictis *Tavastiis*, in *Tavastia* legit & earum sententiam totaliter explanavit: que postea a *Rutenis in curia episcopali Kustu fuerunt combuste, una cum aliis rebus, videlicet clenodiis & privilegiis ecclesie Aboensis*. Legitur ibid. Fol. 4; quæ totidem fere verbis, aliis testis, *Eskillus ille, Curatus in Hattalum*, confirmat, ib. Fol. 5.

(84) Cfr. *LAGERBRING* l. c. p. 99 sq.

(85) Ducatus enim sui possessione *Waldemarum* jam gavisum fuisse, ex his verbis Regis concludas: *Quare cum fratri carissimo Duci Waldemaro mage profueam esse dinoscitur, quod terra sua per homines discretos (&) ydoneos excolatur & inhabitetur, quam deserta relinqua-*



Anno denique 1306 *Haraldus Torstani* (Torstensson) *Præfectum* sese *Finlandiæ* appellat (alium putes quam superiorem illum *Haraldum*? in litteris, quarum exemplum in *Registro Aboënsi*, Fol. 103 conservatur. (Vid. Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo l. c. p. 179 sq.). Quam tamen, cujus nomine rexit, non constat.

Biennio post, (a. 1308) Episcopum nostrum fato functum esse, narrat *Messenius*; non improbabiler (86). In cujus anni actis prima fit mentio, (quantum nobis hactenus innotuit) *Arcis Aboënsis*; quamvis antiquiorem esse, non dubitemus. Hoc certum est, in tres quasi provincias, pro Arcium munitarum numero, (quibus Rectores illarum præficiantur, & ad quas tuendas tributa operasque populus conferre debuit), scil. *Aboënses*, *Tavastburgenses* & *Wiburgenses*, his temporibus *Finlandiam* fuisse distributam (87).

RAGVALDUS, II.

(jj) Anno 1308 aut 1309 hunc *Magno* successisse, narrat *Messenius* (Sc. T. IX p. 65, T. X p. 13, & T. XV p. 50). *Rhyzelius* autem, *Episcopi*. p. 330, dicit, *postquam Hem-*
min-

tur, volumus & mandamus itaque, quatenus super præmissis homines prædictos a modo nullatenus molestare velitis &c.

(86) Cum ex narratione testium supra commemoratorum dispalescat, litem de quarta pelle, ultimis *Magni* Episcopi annis exortam, anno 1331 ad viginti quatuor annos vel circa continuatam jam fuisse; ac ex mox adducto pateat testimonio (not. (83)), Ducem *Waldemarrum*, qui a. 1317 a fratre suo *R. Birgero* captus fuit, sententiam de eadem lite in favorem *Ragvaldi* Episcopi, qui *Magno* nostro successerat, tulisse: hunc inter a. 1307 & 1317 decessisse, liquet.

(87) Cfr supra p. 135 sq.

mingus quidam, primum electus & confirmatus, a 1309 aut morte aut alio modo locum vacuum reliquisset, nostrum concordibus suffragiis ad Episcopale vocatum munus fuisse. Quæ omnia unde haulerit, aut quo loco sint habenda, existimare nequeo. Anno demum 1312 Stockholmiæ ab Archiep. Nicolao Catilli consecratum fuisse, porro cum MESSENIØ narrat (Sc. X, p. 13), eodemque anno *Castrum Custöense* (88) a nostro esse conditum: quod tamen non ante a. 1317 absolutum fuisse, ex Auctoris nostri testimonio constat.

Diligentia suæ in munere Episcopali obeundo, quam impense laudat RHYZELIUS (l. c.), nullum præterea documentum novimus, nisi quam in lite componenda, de

E e 3 con-

(88) *Cnuštense*, pro *Cuustenjo*, apud MESSENIUM l. c. mendum esse Typographicum, facile apparet. Villam vero *Kustö* jam antea ad Episcopum pertinuisse Aboënsis, vel ex literis patet *Magni Episcopi* a. 1295 in *Custu* datis, quas supra p. 183 not. attulimus. Unique ex testimoniis pateat super *Laudatis*, (p. 214 not. (83)) *Curiam Episcopi Kustu* circa a. 1313 a Ruthenis fuisse captam, qui privilegia ac cænohia Ecclesiæ Aboënsis ibi exusserunt; parum armo adhuc munimento fuisse septam, credas. Agmen enim prædabundum, quod maritimo adveniente itinere videtur, (*feria secunda Pentecostes Ecclesiam Aboënsis spoliasse*, *Fragm. Palmköldianum* testatur, quo anni tempore per interiorem penetrare terram potuisse, hæud est verisimile), *Castrum* diligenter munitum expugnare valuisse, vix putes; nec *A. cum* cepisse *Aboënsis* legimus. Adeoque non nisi ex ligno, ut multa iis temporibus sic dicta *Castra*, Episcopum nostrum ædificasse, existimes; quare *Curiam*, non *Arcem*, testes sæpe commemorati vocant; postea a *Ragvaldi* nostri successoribus ad similem calamitatem arcendam, diligentius munitam, Dubitationem Nob. LAGERBRING (l. c. p. 203) de Arcis hujus ædificatione, a Regia *Aboënsi*, quæ ad Episcopos nunquam pertinuit, diversissimæ, facile tollere licet: & quæ infra dicentur mox diluent. Cfr. TUNELD *Geogr. Sv. P. V. p. 163 & 165* (Ed. V) & RHYZELII *Sueog. Munitæ* p. I & II sq.

contributione cibaria (Matstott) inter Curatos & populum Nylandiæ exorta, adhibuisse supra vidimus (89).

Suo tempore, a. 1316, edictum R. BIRGERI datum fuisse reperimus, pro liberate foeminarum tuenda, quas *Carelii*, communi gentium barbararum more, servarum instar omnes habuisse ac tractasse, hactenus videntur (90): reliquis Finlandiæ incolis ad mitiores sine dubio mores jam tum adductis.

Non multo post, anno videlicet 1318, Russos Finlandiam primo vere invadentes, gravi clade afflixisse, urbemque inprimis Aboënsē, Templum Cathedrale, & villam Episcopalem *Kustö* incendio vastasse, atque *Clenodia Ecclesiæ plurima, omnia ejus privilegia*, multaue alia monumenta concremassē, Auctori nostro suffragantes plures testes affirmant (91). De qua igitur irruptione dubium

(89) Cfr. supra p. 192, not. (56). Ad illustrandam hujus tributii indolem, pertinet Statutum R. BIRGERI pro *Helsingis, de eorum Decimis &c. a. 1297, tertio Idus Julii* scriptum, in Appendice ad Vet. Jus Munic. (*Wårdta-Rätt*) ab HADORPHIO editum, p. 7; ubi legitur *Exhibitio cibariorum quæ dicitur Matstott, ter in anno fiat singulis vicibus, de uno pane & edulio, id est Lef & Lefsurväll*. Variam autem in variis provinciis ejus fuisse pendendi rationem, constat.

(90) Durius apud Fennos feminas olim habitas, atque venditas maritis fuisse, supra jam docuimus p. 69 sq. Quem morem apud plerasque nationes barbaras Fennici generis, Russis jam subjectas, hodieque vigere ex editis *Itinerariis Academicorum Petropolitanorum* qui Russiæ provincias non ita pridem peragrarunt, satis discimus; quorum loca supra, p. 72 sqq. excitavimus.

(91) *Fragm. Palmköldianum*, in vita hujus Episcopi *Ragvaldi* habet: *Ecclesia Aboënsis a Ruthenis spoliatur, ser. 2 pentecostes, anno (numeri notæ defunt)*. Cfr. Testimonia supra p. 212 not. (80) & p. 214 not. (83) adducta, Neque opus est, cum MESSENIO, inimicis R. BIRGE-

um laboriri nullum Historicis nostris debuit; quam hōc anno vere contigisse, non MESSENI tantum, sed Chronici maxime nostri auctoritate demonstrari luculenter posse, videmus (92).

Inter eventus hujus ætatis Fennis tristissimos, merito numerari seditio deberet a *Buggone* quodam excitata, de qua multa habet MESSENIUS (93); nisi jam dudum viri perspicacissimi docuissent, in Smolandia, non in nostra Finlandia, contigisse (94): cui igitur rebellionī varias a MESSENI lacinias temere adfutas, ægre feras (95).

Quo

ri consiliis hunc Rusforum impetum tribuere, qui ad tales sponte suscipiendas expeditiones, ut & præcedentium & subsequendum temporum monumenta docent, satis proni erant. Silentium autem inopis, quæ quidem hæcenus innotuit, Historiæ horum temporum Russicæ, parum momenti trahit. Nec verisimile est, operæ pretium judicasse homines, piraticarum omnium hujusmodi expeditionum memoriam posteritati proderet. MESSENIUM autem, qui in *Scondia* (T. X p. 14) modeste, nostrum secutus, Rusforum hanc attigit irruptionem, variis eam in *Chronico Rythm. Finl.* p. 27 circumstantiis augentem, non moramur; cujus mox verba adferemus ac infirmabimus.

(92) Vid. quæ habet LAGERBRING l. c. p. 149 sq. Cfr. verop. 301.

(93) *Scond.* II, p. 90; X, p. 13. *Chron. Rhythm. Finl.* p. 26.

(94) Cfr. LAGERBRING III p. 92 sq, not. (3) & (4), & quos laudat testes. Verisimile est, in *Finvedia* maxime, rebellem hunc turbas movisse, quam regionem *Finlandiæ* aliquando nomine in veteribus monumentis appellari novimus, quali aliquo loco deceptum fuisset MESSENIUM, putamus.

(95) Sic Sc. X p. 13 dicit "MCCCXIII Finnones Svetico, velut intolerabili excussio jugo, Euggonem [nomen non modo non Fennicum, sed quod neque efferre Fenni valent] quendam, ex prisco suorum *prosapia Regum* [quales nulli unquam fuerunt] eligunt Regem; qui mox a Svecis trucidatus fuit, & rebelles ad obedientiam compulsi."

Quo tempore Ecclesie Fennicae noster praefuit *Rogvaldus*,
terrae populique res civiles militaresque administrasse repe-
rimus

Scandiae autem suae T. II p. 90 aliam causam addit rebellionis Fin-
landorum, *insuetas* nempe *exactiones*. Maxime autem in *Chronico*
Rhythm, *Finlandiae* ingenio habenas laxat, ubi & aliis eventis, ad hanc
causam non pertinentibus innectit, & fictis auget circumstantiis, ita
sanens:

Jag har läst i en annan bok,
 At Finnar wid det Swenska ok
 Nu wore ledfna, och en man
 Walde til Kung, Buggo het han;
 Af deras gamle Furste=Art,
 Mente sig dertil hafwa rätt.
 Doch af Kung Birger det Upror,
 Blef strätt dämpat utan macht stor.
 Buggo med sit anhang slog ddd,
 Sinnar bleswo wid förra nöd,
 Och gjorde deraf mycket gny,
 Om hielp til Ryssen några fly;
 Den Finland ästundar igen,
 Ty war hans Krigsmagt icke sen,
 Efter han den tråtan hörde
 Kung Birger och hans Bröder förde;
 Låts hålla med den ena part,
 Föll in efter sin gamla art, (1318)
 Gdr skada med mord och brand,
 Så wäl til fids såsom til land,
 Åbo Ryrkior med Stad i skänder
 Och Kendameki han upbränder;
 Matts Bertelmunds son det infall
 Håmnas så Ryssen än minnas skall.
 Quæ cujus commatis sint, facile videre licet!



)

(



rimus, præter Ducem *Waldemarum* jam commemora-
tum (96), *Lyderum de Kyrn*, ignotæ nobis stirpis, sed
quam auctorem fuisse gentis in Finlandia diu deinde ce-
lebris quæ cognomen *Dieken* assumpsit, Genealogi nostri,
nescio quibus nixi testimoniis, asserunt (97). Hujus lite-
ræ exstant, quæ non modo inter annos 1315 & 1322 in
Finlandia vixisse, sed etiam dignitate *Advocati* vel *Præ-
fecti Finlandensis* (utrum Regis, an Ducis *Waldemari* au-
spiciis?) ornatum fuisse, demonstrant (98). Reliquam
F f terræ

(96) Quum supra (p. 214) mentionem injiceremus D:ni *Haraldi*,
quem ante a. 1303 *Advocatum Regium in Tavastia* fuisse reperimus,
obliti sumus notare, *Bartholdum* quendam a. 1297 eadem dignitate
floruisse, ut ex literis ab eodem Dominica secunda quadragesimæ ej.
anni, sigillo suo munitis docet VON STIERNMAN (*Höfd. Minne II D.*
VI Bof. I Cap.) vid. GJÖRWELLS *Svenska Mercurius* a. 1757 Sept.
pag. 268.

(97) Vid. VON STIERNMAN l. c. V B. 2 Cap. Ex qua parte
operis sui, nondum typis vulgata, quædam legenda dedimus in *Tidn.*
utq. af et *Sällskap i Åbo*, 1785, Bih. p. 179 sqq. Insignia hujus viri
gentilitia his verbis ibidem describuntur: *Förde en stående Ägel på
hå med Örnahufvud med en fröna uppå, på ryggen et par utslagna
vingar.* In opere Genealogico anonymi cujusdam, superiori, ut videtur,
seculo congesto, (cujus consulendi copiam, ex instructissimo suo penu
monumentorum ad Historiam Patriæ illustrandam pertinentium, nobis
concessit Cel. NORDIN), vocatur *Lydeke til Kyrén*, filiosque habuisse
quatuor, *Biörn*, *Bgo*, *Clas* & *Bengt* (de quibus duobus infra), doce-
tur. Cur cognomen *Diekn* s. *Diekne* adoptaverint, nobis haud constat.
Lyderi nostri *de Kyrn* aut *de Kyrnen*) ut & *Johannis*, (Iwan), *de Kyr-
nen*, nomen occurrit inter XII illos Milites (vel Equites, *Riddare*),
quos cum Ducibus *Erico* & *Waldemaro* pro pactione *Motorpensi* ser-
vanda a. 1307 spondidisse docet LAGERBRING *Sw. R. Hist. III. D.*
I C. 20 §. Utrum vero *Gottskalk* & *Eggert af Kyren*, qui inter *fæ-
deris Coldingensis* a. 1313 initi sponsores ibidem recensentur (2 Cap.
I §.), ejusdem fuerint gentis (perigrinæ, ut videtur, originis), definire
non audemus.

(98) Cfr. *Tidn. af et Sällsp. i Åbo* l. c. p. 180, ubi ipsa vetera
indicantur monumenta; quorum bina hic exscribere placet. Primum



terræ nostræ incolarumque suarum hac ætate conditio-
nem ignoramus. De bello autem Russo, quod Auctor
nostræ

legitur in *Registro Eccles. Aboënsis* Fol. 130, huiusmodi titulo præ-
scripto: *De prædiis in Nybygd, collatis* (Ecclesiæ Cathedrali?) per
Dominum H. Episcopum, h. e. Hemmingum, qui sc. postea factus fuit
Episcopus. Literæ ipsæ habent: "Omnibus presentes Litteras inspectu-
ris Lyderus de Kyrn, Prefectus Finlandensis, salutem in Domino
sempiternam. Tenore presencium constare volumus universis, in
predia dicta *Biurstekt, Kalenningiatekt, Svenstekt & Brytiatekt*, in
Nybygd sita, cum omnibus eorundem attinenciis, agris, pratis, pi-
scariis - - & silvis, presencium exhibitori, Hartmanno civi Aboënsi,
suisque veris heredibus, pro pleno precio pacifice possidenda vendi-
disse; dantes eidem suisque predictis heredibus plenariam potestatem
super dicta predia, vendendi, commutandi, abalienandi, pro usibus
suis & qualiter voluerit ordinandi. Prohibemus igitur districte, ne
quis ipsum Hartmannum seu ipsius sepedictos heredes in predictis
prediis colendis ac possidendis presumat inquietare, impetere seu quo-
modolibet molestare. In cujus testimonium sigillum nostrum presen-
tibus est appensum. Datum anno Domini MCCCXVI, in vigilia
sancti Johannis Baptiste." Videtur non privato sed publico nomine
ista prædia nuper occupata & descripta, emtori colenda tribuisse?
Quo pacto, hæc res cum consilio R. *Birgeri* supra commemorato (p.
214), Tavastiam, late sine dubio tum patentem, excolendi, nexum ha-
bere videtur? Si *Nybygd* hoc loco paroeciam quæ hodie *S. Martini*
atque etiam *Nyby* vocatur, significat, & colonos & coloniarum nomi-
na Svecicæ quoque originis aliquot primitus nactam credas; quorum
postea vestigia penitus exoleverunt. Alterum ab eodem viro profectum
monumentum, ibidem Fol. 122 occurrens, huiusmodi est: "Omnibus
presens scriptum cernentibus *Lyderus de Kyrn* & omnes Finlandiam
inhabitantes salutem in Domino sempiternam. Rerum series magis
dinoscitur & probatur cum eadem fide dignorum assercionibus & bo-
norum literis roboratur; quare tenore presencium protestamus nos
audivisse in communi terre nostre placito & pretorio, quod Marquar-
dus Flegh predia in Holchis & prope Holchis sita, prout postulat or-
do legis, omni contradictione vel questione alicujus heredis vel pro-
pinqui postposita, emit & plenarie ultimum denarium prout primum
sine aliqua diminutione persolvit, & venditoribus omnimode satisfac-



noster tangit, paullo post mortem Episcopi hujus gesto, pluribus mox commemorabimus.

BENEDICTUS.

(k k) Canonicum fuisse Upsaliensem, antequam sedi Episcopali Aboënsi admoveretur, etiam e veteri discimus *Chronico de Archiepiscopis &c. Ecclesiæ Upsaliensis*, quod SCHEFFERUS edidit, ubi (p. 188 sq.) *Magistro Laurentio Pauli in Canonica Resbo* (Rasbo) nostrum successisse traditur, atque inde Episcopum factum esse Aboënsium, docetur (99). *Nobili genere natum RHYZELIUS* (l. c. 331), nullis adductis, ut solet, argumentis asserit, qui neque ignorat eum *Canonicatui suo bene præfuisse*: labor nempe erat non molestissimus! *Natione Svecum* fuisse, quod noster testatur, etiam *Fragm. Palmiskiöldianum* docet. Sed *prædia tamen hæreditaria cum paterna tum materna in Finlandia habuisse*, subjunctæ Literæ, quas ex *Registro Eccles. Aboënsis* descripsimus, indicare videntur (100).

F f 2

Con-

„cit. In cujus empionis evidenciam sigillum *Domini Lyderi & terre* „nostræ presentibus est appensum. Scriptum anno Domini MCCCXXII, „die Sanctorum Innocencium.” Præfecti quidem Finlandensis nomen hic sibi non assumit; sed ipsam potestatem exercuisse, formula literarum satis docet, qua pro totius populi se gerit duce.

(99) Cfr. BENZELII *Monum. Vet. Eccles. Sveog.* p. 51.

(100) Fol. 107; ubi, hujusmodi titulo præmissio, *super bonis in Ladhungi in Wemo* (hodie *Lahdingo* appellantur), tales leguntur: „Univerfis presentes literas inspecturis *Hemingus Gregersson, Eskillus* „*Eskilli, & Gertrudis Joansdotter*” [omnes hi erant propinqui Episcopi] „salutem in Domino sempiternam. Noverint universi, nos venerabili „Patri Domino *Benedicto*, Dei gracia Episcopo Aboënsi, assensum & „consensum nostrum omnimodum contulisse super bonis suis *patrimo-* „*nialibus & matrimonialibus in Ladhunge*, eadem pro libitu suo ven-



)

(



Consecratum fuisse *Holmie* a. 1322, narrat MESSE-

NIUS

„dendi, seu quocunque modo sibi placuerit ordinandi, firmum & ra-
 „tum statuentes & habere volentes, quod nec aliquis nostrum nec he-
 „redum nostrorum in posterum, qualitercunque idem Dominus reve-
 „rendus de predictis bonis ordinaverit, eadem impediatur, impetat vel
 „perturbet. In cuius rei testimonium sigilla nostra, videlicet Hemin-
 „gi & Eskilli, una cum sigillo Johannis Langemax pro filia sua Ger-
 „trude, presentibus sunt appensa. Actum in Dmpnich (vox corrupta,
 „legendum putamus *Diupewik*, in Alandia?) anno Domini MCCCXX
 „primo, circa sancti Mathei Apostoli & Evangeliste.” *Eskillum* in his
 litteris commemoratum, eundem esse non dubitamus, quem alio loco
Nepotem suum Episcopus noster vocat, & in cuius favorem factam liter-
 terisque datis confirmatam donationem cum prædiorum quorundam in
 Alandia sitorum, tum numeratæ pecuniæ, postea revocavit, ingrati-
 tudine ejus offensus, quod sua parte non contentus ea præterea bona
 quæ Ecclesiæ Cathedrali (ut videtur) ab Episcopo assignata erant, re-
 vocare vellet; prout subjunctæ significare literæ videntur: „Universis
 „& singulis presentes litteras inspecturis *Benedictus* Dei gracia Episco-
 „pus Aboensis, salutem in Domino sempiternam. Graciam meretur a-
 „mittere, qui ingratus extiterit gratie sibi facte; hinc tenore presen-
 „tium pateat universis, quatenus heredes quicunque gaudeant libere
 „donacionibus omnibus eis per nos factis, tali condicione videlicet, si
 „permiserint ordinacionem per nos factam super bonis omnibus ad
 „nos pertinentibus in *Övingiaby*” [in Alandia] „integraliter stare incon-
 „cussam; alioquin revocamus donacionem de predictis bonis quondam
 „per nos factam. In cuius revocacionis evidenciam sigillum nostrum
 „& sigillum Capituli nostri presentibus sunt appensa. Actum (anno)
 „Domini MCCCXXXVIII, feria sexta ante Symonis & Jude.” Eodem-
 „que die datæ sequentes: „Omibus - - - sempiternam. Tenore pre-
 „sencium pateat universis, quod litteras infra scriptas,” [hæc jam non
 „exstant] „quas habet, ut credimus, *Eskillus Eskilli*, nepos noster, re-
 „vocamus, cassamus & penitus irritamus, Primo videlicet quam habet
 „super *Övingiaby*, aliam quam habet super bonis dictis *Hekkinge*” [etiam
 „in Alandia], „quia constat evidenter, quod eidem Eskilli deputaveram-
 „mus bona equivalencia pro predictis; item terciam litteram obligato-
 „riam, quam habet super quinquaginta marcis, ut credimus, & causa
 „revocacionis istius tercie littere satis patet, & probabitur si sit opus.
 „In cuius revocacionis, cassacionis & irritacionis evidenciam, sigil-



NIUS (101), quod ab Archiepiscopo Olao Biörnnonis factum addit RHYZELIUS, post obtentam a Papa Johanne XXII electionis suæ confirmationem (102): quæ non tam veterum niti testimoniis, quam recentiorum scriptorum deberi sagacitati, facile apparet.

Canonias Ecclesiæ suæ quatuor superiores duabus novis auxisse, (quæ magna fuit eo tempore laudis materia), cum noster tradidisset, annum ejus instituti perfecti, 1128, post MESSENIUM indicare, scriptores recentiores haud intermiserunt (103): ordinem vero atque appellationes harum omnium Canoniarum exhibere, non valemus (104). Cæterum & ipsum de bonis Ecclesiæ suæ

F f 3

augen-

„lum nostrum presentibus est appensum. Datum Amisto" (locus nobis ignotus, nomen fortasse corruptam; an *Cuusto?*) "anno Domini „MCCCXXXVIII;o feria 6:ta proxima ante Symonis & Jude," Habentur in *Reg. Eccl. Aboënsis*, Fol. 112.

(101) *Schond.* T. X, p. 14. (cf. T. XV, p. 54); *Chron. Rhythm. Fini.* p. 27.

(102) L. c. Habet autem in his, ut in multis aliis, duces Anonymum qui scripsit *Ad b. m. Mag. Pauli Juslenii, Episc. Aboëns. Chronicon de Episcopis Aboëns. ὑπομνηματῶν*; quæ MS. sermo, sed auctorem, (qui tertio seculi hujus decennio ea concinnavit, ac Svecus fuit, Fennicæ linguæ prorsus ignarus), hæctenus indagare non valui.

(103) RHYZELIUS l. c. post *Anonymum* nuper commemoratum.

(104) Talem enim seriem Canoniarum & qui eisdem præfuerunt virorum, qualem Upsalienses olim concinnarunt, a SCHEFFERO (*Chron. de Archiep. Eccl. Ecclesiæ Upsal.* p. 116-242) & BENZELLO (*Monum. Vet. Eccl. Svecog.* p. 42-62) editam, aut nostri non condiderunt, aut illa dudum interiit. Initio Canonicos non aliis fere auctos fuisse redditibus, quam quos ut Curati quarundam Ecclesiarum percipiebant, infra videbimus; nec certum præbendarum postea iis assignatarum definire valemus ordinem; de quibusdam tamen infra dabitur occasio nonnihil adjiciendi.



augendis sollicitam liberalemque gessisse curam reperimus, & alios ad eandem liberalitatem illi præstandam excitasse, non dubitamus (105).

Ju-

(105) Sic, præter bona sua in *Lahdingo* & *Övingiaby*, quæ non improbabiler putamus eum Ecclesiæ destinasse (cfr. præced. not. 100), prædium in *Sibboby*, in Alandia, a. 1328 Ecclesiæ Cathedrali acquisivisse reperitur (*Reg. Eccles. Aboëns.* Fol. 114); ac pro pecunia ab eadem Ecclesiâ mutuo accepta, bona sua *Makaftad* (Paroec. Nummis) a. 1323, & *Mudusum* (Paroec. Pargas), a. 1338, solutionis loco tribuisse (*ibid.* Fol. 122 & 123). Similiter ejus opera Ecclesiâ Aboënsi numerata pecunia emisse a. 1338 *curiam* s. prædium in insula *Hirvisalo* (*ibid.* Fol. 96), & pro mutuo data pecunia pignoris loco obtinuisse prædium *Lökanäs* (*ibid.* Fol. 124), discimus; ut alia cœmpta ab eodem suo nomine prædia sciamus, ad quorum acquisitionem pertinentes literæ cum *Registro Eccles. Aboënsis* insertæ reperiantur, dubium vix videtur quin eidem postea fuerint ab Episcopo concessa.

Alios vero exemplum hoc liberalitatis suæ & pro augendis bonis Ecclesiæ studii, imitatos fuisse, sequentes literæ demonstrant. "Om-
nibus presentes literas inspecturis, *Nicolaus Magnusson, Advocatus Alandie*, salutem in Domino sempiternam. Tenore presentium novimus universi, me *Ecclesie beate Virginis in Abo*, nec non venerabili in Christo patri Domino *Benedictio*, Dei gratia ejusdem ecclesie Episcopo & successoribus suis, unum dimidium *bool* in *Sibboby*, cum omnibus suis attinenciis, mobilibus & immobilibus, presentibus firmariis, vulgariter dictis *Fasta*, infra scriptis: primo scilicet Domino *Sigurdo* Canonico Aboënsi, Jacobo Kalen, Sigurdo Magnusson, Hermingo Herelsson," (Haraldsson?), "Petro Olpaarvu, Katillo in Goto" (an Geta?), "Gummene Booskaap, Harecka & Svenone Skwgh, dicto *Forstiälamanni*, nec non aliis fide dignis, secundum leges terre scilicet & assignasse perpetuo possidendum; obligans me fide media, honorem, causas & negocia quecunque ipsius ecclesie ac Prelati ejusdem, qui pro nunc est, & in futurum erit, in omnibus licitis & honestis, juxta possibilitatem virium & facultatum mearum velle diligere, dirigere & promovere. In cujus evidenciam, una cum sigillo meo sigillum terre Alandie & sigilla Dominorum Canonorum Aboënsium, *Olavi de Nofis* & *Sigurdi de Finnaström*, tunc presentium, presenti-



Jurium atque commodorum Cleri pedo suo subjecti
 afferendorum atque confirmandorum diligentem gessisse
 cu-

„bus sunt appensa. Datum anno Domini MCCCXXVIII, die Mathei
 „Apostoli & Euangeliste.” (*Registr. Eccles. Aboënsis* Fol. 114). Quibus
 „sequentes subjungimus: ”Omnibus presentes literas visuris vel auditu-
 „ris *Olle Före, Haquinus de Sekkäsälu, Agmundus Cassé* de Karlsö in
 „Parrochia *Kimittu*, s. i. D. s. Tenore presencium constare volumus
 „universis, quod nos ex consensu libero & voluntate nostra heredum
 „que nostrorum, *ob salutem animarum* nostrarum parentumque nõ-
 „strorum, conferimus ecclesie beate Marie & sancti Henrici in Abo,
 „pro *fabrica, montem cementi*” (*Kalkberg*) ”*dictum vulgariter Krakånäs*, in eo-
 „dem parrochia situatum, cum silvis ceterisque adjacenciis positis infra sub-
 „scriptos terminos, dictos vulgariter *Raa & Rõör*, videlicet mare, de-
 „mum montem unum, demum alium montem, demum lapidem ma-
 „gnum signatum parvis lapidibus suppositis, demum tertium montem
 „iterum juxta mare, perpetuis temporibus ab eadem ecclesia libere
 „possidendum: renunciant” (renunciantes) ”omni iuri ceterisque viis &
 „impeticionibus, quibus posset huic ordinacioni & collacioni nostre
 „preiudicium aliquid in posterum generari. In cuius collacionis evi-
 „denciam, quia sigilla propria nostra non habemus, sigilla subscripto-
 „rum in hac ordinacione nostra presencium, videlicet reverendi patris
 „Domini *Benedicti* Episcopi Aboënsis, Dominorum *Hemmingi* Canonici
 „ibidem, *Vinaldi de Tenalum, Olavi de Kariis, Olavi de Uskialum,*
 „& *Conventus Aboënsis*, presentibus apponi postulamus. Datum & a-
 „ctum anno Domini MCCC vicesimo nono feria 2:a Pentecostes.”
 (*Ibid.* Fol. 134). Porro hoc apponimus Testamentum: ”Universis pre-
 „sentes litteras inspecturis *Ascerus Curatus in Saw*, s. i. D. s. Olim
 „Rex gloriosus & eximius Prophetarum David cepit religiosa cogitacio-
 „ne moveri, indignum estimans ut nullam adhuc Dominus Sabaot do-
 „mum haberet, interim ipse vero domum inhabitaret regie dignitatis.
 „A simili videtur indecens & incongruum nimis esse, quod *Ecclesiis*
 „ruralibus per dyocesin *Finlandensem* competenter exstructis & decenter
 „ornatis, *Ecclesia Aboënsis*, aliarum mater ejusdem dyocesis ecclesiarum
 „& Domina, *deserta quasi appareat oculis intuentium & plurimum rui-*
 „*nosa*. Idcirco hiis ego *Ascerus* motus rationabilibus inductivis, vo-
 „lens nimirum anime mee de domo non manu facta in celis salubriter
 „providere, fanus mente & corpore confero, *ex consilio venerabilis pa-*
 „*tris, Domini mei Benedicti Episcopi Aboënsis & Capituli sui*, omnia



curam, Edicta præterea testantur Regia, de solvendis ac-
 curate *Decimis*, quæ impetrasse incolis que variarum provin-

„bona mea intuitu persone seu etiam ecclesie acquisita, *Corpalum in*
 „*parrochia Saw* sita, cum omnibus pertinentiis, integraliter, absque
 „omni penitus exceptione, ad fabricam ejusdem ecclesie *Aboensis*, do-
 „nec fuerit consummata; deinceps vero pro vino ad sacrificium altaris
 „ejusdem ecclesie, vel cera, emendis, prout magis videbitur, expo-
 „nenda: proviso quod una marca denariorum Sveve monete de pen-
 „sione eorundem bonorum deputetur pro anniversario meo annis sin-
 „gulis celebrando, die semper quo *Synodus terminatur, hoc est IIII*
 „*idus Septembris*. Ne igitur ulla unquam hominum oblivio, negli-
 „gentium incuria, seu malicia perverforum, valeat hanc meam ordi-
 „nationem in posterum infringere, seu etiam equaliter immutare, pe-
 „to presentem litteram sigillis præfati venerabilis patris, Domini mei
 „*Benedicti*, Episcopi *Aboensis*, & sui Capituli roborari, Actum & da-
 „tum anno Domini *MCCCXXXV*:o, in festo sancti *Henrici* Episcopi &
 „*Martiris*.” (*Ibid.* Fol. 133). Neque has ad rem nostram non facere
 „putavimus. ”Omnibus presentes litteras inspecturis nos *Petrus &*
 „*Brinildis*, consortes, legitimi inhabitatores *Biörnascogh*, que est si-
 „ta juxta *Lâmu* parrochia *Berna*, s. i. D. s. Cum nos, ut ceteri alii
 „christiani eterne beatitudinis gratiam prestolentes, in die iudicii ante
 „tribunal Dei & salvatoris nostri *Jesu* stabimus, prout in hac vita me-
 „remus indubitanter recepturi: ideo nos, sani mente & incolumes
 „corpore, ne intestati preveniamur die & hora mortis, testamentum
 „nostrum condimus, statuimus & ordinamus, in modum qui sequitur
 „irrevocabiliter duraturum: videlicet quod nos predicti *Petrus & Bri-*
 „*nildis*, cum heredes liberos a nobis procreatos non habemus, nec spera-
 „mus habituros, Ecclesiam *sancte Marie & beati Henrici* in *Abo* in
 „omnibus bonis nostris, mobilibus & immobilibus ubicunque post mortem
 „nostram inventa fuerint vel poterint inveniri, heredem statuimus, &
 „legittimum per presentes ordinamus successorem, apud quam nostram
 „etiam eligimus sepulturam; ab hac die predictorum nostrorum bono-
 „rum dominium in ipsam ecclesiam & Episcopum unum post alium
 „dicte Ecclesie presidentem, presencium robore transferentes; adeo quod
 „nos supradicti *Petrus & Brinildis* bona predicta immobilia vendendi
 „& commutandi seu quocunque modo alio alienandi potestatem seu
 „facultatem habere nullatenus velimus, sed ex nunc ecclesie, Episco-
 „po & successoribus suis libera dimittimus jure perpetuo possidenda,



)

)



vinciarum ad Dioecesin suam pertinentium observanda impertivisse, constat. Sic a. 1329 severe hoc tributi ge-

G g *antiqua* *vero* nus

„Huius facti testes sunt: Domini *Olavus, Ragvaldus & Hemingus*
 „Canonici, nec non & Domini *Menekinis* Curatus in *Berna*, & *Jacobus*
 „in *Halku*, *Torgillus Spinki*, *Nicolaus Patherfon*, *Olavus, Nico-*
 „*laus, Magnus & Symon de Yliskolum*, & *Olavus* in *Borgaby*. In
 „hujus autem rei evidenciam firmiorem, cum sigillo venerabilis patris
 „Domini *Benedicti*, Dei gracia Episcopi *Aboensis*, Capituli & Civitatis
 „ibidem, una cum sigillo meo proprio presentes literas feci roborari.
 „Datum anno Domini Millesimo trecentesimo trecesimo, Dominica Qua-
 „si modo geniti.” (*Ibid.* Fol. 142). Quod Testamentum Episcopus
 „cum Capitulo suo, Literis eodem die datis, confirmans, testatoribus
 „simul concessit, „ut idem *Petrus & Brinildis* omnino liberi ad dies
 „suos in eisdem bonis sine omnibus exhibicionibus remanerent, nisi ut
 „unum talentum *Livonicum* butiri tantummodo ratione recognicionis
 „dominii Ecclesie *Aboensi* annuatim persolverent. Item” (pergit) „cum
 „eisdem ordinamus, ut si ipsos vel alterum eorum, defuncto reliquo,
 „ad inopiam tantam vergere contingat, ut victu vel vestibus se juvare
 „non possint; tunc Ecclesia & Episcopus, qui tunc fuerit, ipsis seu al-
 „teri ipsorum de necessariis usque ad mortem eorum providere tene-
 „antur.” (*Ibid.* Fol. 143). Quoque pateat, religiosæ hujus liberalita-
 „tis vim in animis hominum neque extra *Finlandiam* prorsus defecisse,
 „has tandem literas subjungimus: „Universis presentes literas visuris vel
 „audituris Consules *Wysbicensis* utriusque lingue s. in D. s. Noveritis
 „quod in presencia nostra constitutus vir discretus *Johannes de Kal-*
 „*marna, Civis Revaliensis*, bona jure matrimonii sive dotis in dyocesi
 „*Aboensi* constituta, tam mobilia quam immobilia, ad ipsum per mor-
 „tem uxoris sue *Margarete Gotzscalci* filie decedentis devoluta, ad fa-
 „bricam Ecclesie sancte *Marie & beati Henrici* in *Abo*, sive sint in a-
 „gris sive pratis, fundis vel debitis quibuscunque, titulo donacionis,
 „presentibus propinquis dicte *Margarete Bemole* consencientibus, ob
 „remissionem ipsius *Margarete* peccaminum assignavit perpetue possi-
 „denda: renuncians omni iuri sibi & suis heredibus in dictis bonis
 „competenti, ne donacionem huiusmodi ab inposteris suis contingat
 „quomodeolibet impediri: Dominis *Johanne & Elauo* Canonicis Eccle-
 „sie *Aboensis*, super hoc executoribus deputatis. In cuius donacionis
 „evidenciam sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum *Wysbi*
 „anno Domini *MCCCXX*, in vigilia assumptionis beate *Marie*.” (*Ibid.*
 Fol. 43).



Syll. p. 67 **nus imperatum fuit incolis Careliæ (106), parochiæ Savilax**

(106) Exempla bina literarum Regis, quorum unum vidisse *Olavi* Archiepiscopi Upsaliensis, alterum *Conradi* Episc. Aboënsis, Capituli- que sui, præfert, in *Registro Eccles. Aboënsis* Fol. 8 & 57 conservantur, hujusmodi: "*Magnus* Dei gracia Rex Sveciæ & Norvegiæ dilectis sibi in Christo omnibus Careliam inhabitantibus in Domino dilectionem, gratiam & salutem. Cum nos creaturarum omnium creatorem, regem & dominum dominantium, ipsum Deum nostrum, recognoscimus omnium bonorum donatorem, sibi que omni devocionis affectu in omnibus recognoscimus merito obligatos, & maxime in Decimis, quas sibi in signum universalis domini reservavit, fideliter exhibendis, & quod de nobis exprimimus, quantum in nobis esse poterit a subditis nostris volumus humiliter observari; Idcirco presentes, sub obtentu gratiæ nostræ, firmiter & districtè precipiendo mandamus: quatenus cum vos Deus ad sinum gratiæ suæ & ad fidem vocare dignatus est orthodoxam, Decimas de omnibus, sicut & alii Christiane fidei cultores, Ecclesiis Episcopo & Curatis, pro salute animarum vestrarum, integraliter & annuatim cum omni fidelitate exhibere studeatis, secundum discrecionem & provisionem Episcopi vestri & ut iure fuerit ordinandis. Si vero conventionem aliam loco Decimarum cum dicto Episcopo vestro, Ecclesiis & Curatis, vos inire contingat, ipsam usque ad annos nostros discrecionis stare volumus inconcussam, & deinceps considerata non solum utilitate ecclesiæ Aboënsis, verum etiam Episcopi ibidem, qui pro tempore fuerit, nec non & vestra, vobiscum sicut Deo placuerit, de modo ordinabitur decimandi. Datum Stocholm anno Domini MCCC viceesimo nono, in vigilia beati Bartholomei Apostoli." Conditioni a Rege permissæ convenienter, inter Episcopum *Benedictum* & Carelios, totiusque adeo *Advocaciæ* (Præfecturæ, Provinciæ) *Wiburgensis* (ad quam Nylandia quoque pertinuit) incolæ, pactio facta fuit, præsentem non tantum *Petro Jönsön*, *Advocato* Regis, sed etiam Rege ipso pluribusque consiliariis suis, ratione *Decimarum Episcopaliûm*, in hunc modum: videlicet, quod de quolibet fumo (*röf*, *Hushåll*, *Matlag*) in iure *Karellico* (*Karelska Häradet*, cujus incolæ *Fenni* erant) duas bonas pelles sive *Palke* (Germ. *Bälz*, nostris olim *Bälz*, pelles Sciurorum putamus), in iure vero *Helsingonico* habitantes (*Helsing-Häradet*, Nylandia, cujus incolæ coloni erant *Sveci*, ex *Helsingia*, maximam saltim partem, advecti) unam marcham butiri de quolibet capite virilis vel muliebris (sexus,



)

(



lax (107), & parochiarum *Salo* atque *Kemi* Ostrobotniæ
G g 2 bore-

septimum sue etatis annum complente, singulis annis tenerentur exhibere. Quam conventionem Rex confirmavit literis datis Westroaros anno Domini MCCC tricesimo primo, die exaltacionis sancte Crucis; ut exempla earum docent in Reg. Eccl. Ab. Fol. 7 sq. & 57 sq. reperiunda: inque hæc tamen differentia observatur, quod in altero exemplo inserta legantur verba, quam quidem conventionem ab hinc usque ad decem annos immutabiliter volumus observari, quæ exclusa sunt ex altero, cujus tamen cum originali convenientiam Conradus (Bisz) Episcopus Aboënsis, cum Capitulo suo, literis ad incolas Careliæ hoc super negotio a. 1470 d. 20 Febr. datis (ac infra exhibendis) testantur. Priori exemplo (Fol. 7) titulus etiam hujusmodi præscriptus est: Privilegium temporale Regis Magni cum Kareliis super Decimis ad annos X, unde jam expirat. Credas igitur illam conventionem temporariam, postea a Rege, cum ad adultam pervenisset ætatem, in perpetuum fuisse confirmatam?

(107) Literarum Regiarum exemplum (cujus cum originalibus convenientiam Petrus Archiep. Upsaliensis testatus est), quibus eundem in modum ac vicini sibi Tavasti Decimas persolvere jubentur, legitur in Reg. Eccl. Ab. Fol. 7 & 8 quater exscriptum, quod est hujusmodi: "Magnus Dei gracia Rex Svecie & Norvegie dilectis sibi in Christo, omnibus parochiam Savilax inhabitantibus in Domino dilectionem, gratiam & salutem. Mandamus vobis firmiter & districte, quatenus eundem modum decimandi seu tributandi, quem vicini vestri Tavastiam inhabitantes observant, in Decimis vestris exhibendis vos humiliter & cum omni obediencia observetis, non solum a nobis propter hoc grates habentes, verum etiam ab eo mercedem recipientes, qui omnium bonorum est largissimus retributor. Datum Stokholmis anno Domini MCCCXX nono, in vigilia beati Bartholomej Apostoli." Tertio exemplo hæc præterea verba subscripta reperiuntur: *In quarum litterarum prelestiarum evidenciam firmiorem sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Scriptum Stokholmis anno D:ni MCCC tricesimo, XII Kal. Septembris.* Quæ, utrum confirmationem a Rege ipso postea adjectam significant, an vidisse alicujus, exemplo quod exscriptor ante oculos habuit, & unde ultimam partem imperite literis Regiis adjunxit, definire nequimus. Hoc autem ex his discimus literis, in regione quam Savolaxiam hodie appellamus, (Careliæ olim nomine comprehensam), eo tempore nondum nisi unam fuisse Ecclesiam,



borealis (108); a. 1334 communi Regis & Episcopi auctoritate stabilitum fuit pactum, inter Curatos & incolas terræ *Tavaſtiæ* conciliatum, de stipendio annuo illis ab his exhibendo (109): *Litteras* etiam *protectorias* a Rege sibi

(cujus templum in parocchia constructum fuit quæ jam *S. Michaelis* audit) quæ utrum rectius *Savolax* (*sinus fumi*, a *laaxi sinus* maris vel lacus, & *savvu* l. *sauvu*, *fumus*, sive *sauvon* l. *sauvojn*, *pertica*, *contus*, *bärling*, *notstafe*, &c.) dicatur, ut hodie moris est, an ut fere olim, *Savilax* (*sinus argillosus*, a *savi*, *argilla*)? dubium videri queat. Certe ad unam illam parocchiam *S. Michaëlis* restricta primum hæc appellatio fuit, a sinu lacus *Saimen*, ad templi locum pertingente, ut putatur, profecta. Literas vero Regis novennio circiter postea severe inculcavit observandas *Dapifer Gregorius Magni*; cujus illud mandatum eo putavimus hic potius inferendum, quod de tempore administrati ab eo muneris sui splendidi ambigitur (cfr. LAGERBRING *Sw. N. Hist.* 3 D. 4 C. 12 §. not. 4). Tale autem in *Reg. Eccles. Abo.* Fol. 7 legitur: "*Gregorius Magnuson*, illustris *Regis Svecie Dapifer*, „omnibus & singulis parochiam *Savilax* inhabitantibus in Domino „dileccionem & salutem. Noveritis nos predicti Domini nostri Regis „veras & salvas & cum *minori ipsius sigillo* pendenti signatas vidisse „litteras, in hæc verba: *Magnus Dei gracia &c.*" (quales nuper dedimus) „Volumus igitur & vobis firmiter precipiendo mandamus, quatenus „predicto Domino Aboensi Episcopo Decimas & tributa sibi per „vos debita, iuxta formam & modum supra dicti mandati Domini nostri „Regis, expedite & sine contradiccione qualibet exolvere & exhibere nullatenus omittatis, prout graciosi predicti Domini nostri Regis & nostram diligitis & favorem. Datum in castro Aboensi anno „Domini MCCCXXX septimo, feria tertia proxima post festum exaltationis sancte crucis."

(108) Literas Regis, iis, quas ad Carelios eodem die datas nota præced. (106) exhibuimus, simillimas, e *Reg. Eccles. Aboënsis* (Fol. 59) descriptas, legere licet typis expressas cum in *Tidn*, utg. af et *Sällskap i Åbo*, 1785, Bih. p. 74 sq. tum in *PET. NIC. MATHESII Disp. de Ostrobotnia*, Ups. a. 1734 (Præf. ANO. GRÖNWALL) editæ p. 29, not. (f). Discas ex his literis, recte observante *MATHESIO* (l. c. p. 29 & 54 sq.), post *MESSENIUM* (Sc. T. X p. 14) in tota Ostrobotnia septentrionali nondum nisi binas has existisse parochias.

(109) Litteræ supersunt in *Reg. Eccles. Aboënsis* (Fol. 5), quarum hujusmodi est exemplum; "Omnibus prefens cernentibus *Magnus*



)

(



sibi impetravit (110), & controversiam cum Tavassis de
Quarta pelle Tributi Episcopalis, feliciter finivit (111).

G g 3

Cum-

„Dei gracia Rex Svecie & Norvegie, & *Benedictus* eadem gracia Epi-
 „scopus Aboensis, s. in D. s. Noverint universi tam posteri quam
 „moderni, quod nos in sedacionem *controversie inter* Dominos *Curatos*
 „*ecclesiarum terre Tavassie ex una parte, & rusticos ibidem ex altera,*
 „*diutissime non sine gravissimis animarum periculis ventilate* inter ipsos,
 „in presencia nobilium virorum *Dominorum Gregorii Magnuson Da-*
 „*piferi, Kanuti Folkeson & Caroli Neskonungsoson Militum, & Petri*
 „*Joansoson Armigeri,* compositionem & pactum fecimus & stabilivimus
 „infra scriptum, videlicet quod singulis Curatorum per parrochianos
 „suos *de quolibet aratro* [agri parte que uno aratro uno die exarari
 „possit] *due carpe* [Karpri vel Karpio, mensura frumenti Fennis
 „hodieque non ignota, forte a *Carpeia*, quo nomine portionem ciba-
 „riam Monachicam appellatam fuisse docet DU CANGE in *Glossario,*
 „vel IO ut nonnullis locis, vel potius 6 ut aliis moris est, modiolos
 „hodiernos, *fappar*, comprehendens?] *ordei planate*, vulgariter dicte
 „*struenekarpe*, item racione *apparatus* [gingard? vel matsfott?] *una*
 „*planata carpa avene*, & nichil amplius nomine apparatus. Item tan-
 „tum feni de tribus aratris, quantum de uno aratro ad Castrum dari
 „& deferri solet” [rante:hd]. ”Omnia vero alia iuri sacerdotali debi-
 „ta, quomodolibet nominata, secundum antiquitus inductam consuetu-
 „dinem annuatim exequi a modo in perpetuum tenebuntur. Cui pa-
 „cto & statuto nostro quicumque sive Clericus inpermissa expetendo,
 „sive laycus in eadem erogando, contraire presumerit, ipsum pena
 „amissionis XL marcarum statuimus puniendum. Quarum quidem di-
 „midietatem Episcopali juri & usui decernimus applicandam. In cuius
 „evidenciam sigilla nostra & sigilla supra nominatorum nobilium pre-
 „sentibus sunt appensa. Datum anno Domini MCCC trecesimo quar-
 „to, Dominica proxima post Egidii abbatis.”

(110) Litterarum exemplum exhibet *Reg. Eccles. Ab.* (Fol. 22)
 hujusmodi: ”Omnibus presentes litteras inspecturis *Magnus* Dei gracia
 „Rex Svecie & Norvegie s. i. D. s. Noverint universi, quod nos vene-
 „rabilem in Christo patrem Dominum *Benedictum*, Episcopum Aboen-
 „sem, & Ecclesiam suam ibidem, in nostre proteccionis munimen &
 „tutelam recipimus specialem, volentes ipsos eisdem gaudere iuribus
 „& libertatibus omnibus, quas constat predecessores suos ab antiquis

Cumque anno 1335 Archiepiscopus Upsaliensis *Petrus Philippi* hanc Dioecesin, ut Sedis suæ Metropolitanæ sub-

„temporibus habuisse, prohibentes sub obtentu gratie nostre firmiter
 „& districte, ne quis cuiuscunque condicionis vel status eisdem Domi-
 „num Episcopum & ecclesiam suam contra consuetas eorum libertates
 „aliquas offendere audeat vel presumat, sicut gravem nostram vitare
 „voluerint ulcionem. Datum Sudereopie anno Domini Millesimo vice-
 „simo septimo, in vigilia beati Laurentii.”

(III) De hac controversia cfr. supra p. 211, notamque (80). Non obscure vel ex iis quæ supersunt actis patet, Tavastos, pactione inter se & Episcopum Aboensem olim facta in se recepisse, ut loco Decimæ Episcopalis rusticus quisque quatuor pelles (Sciurorum?) Episcopo quotannis penderet, quarum quarta ab Episcopo Magno quoad tempus Tavastis remissa, hi perpetuum hoc sibi fuisse privilegium concessum, vel nunquam sibi iure id oneris incubuisse, contendebant. Favit vero juri Episcopi primum Dux *Waldemar*us, qui literis Ep. Ragvaldo datis, injunxit Tavastis, ut quartam istam, de qua lis erat, pellem posthac solverent, ut olim solvisse Episcopus docuerat; deinde a Rege *Magno* hæc controversia Archiepiscopo *Olavo* cognoscenda remissa fuit, (pellibus litigiosis interim sequestro positis), qui cum diligenter examinatum definire tamen morte præventus non valuisset, successor suus *Petrus* a. 1335 tandem, lata sententia quam (ex *Reg. Eccl. Ab. Fol.* 9) supra (p. 212 sq. not.) adduximus, hoc negotium terminavit. Quæ omnia cum ipsa docet sententia Archiepiscopi, tum allatum nuper (p. 213 not. 83) confirmat & illustrat testimonium *Ragvaldi Johanson*. Regis autem literæ, quarum meminimus, (nec illæ parum ad historiam hujus litis explanandam pertinentes), hujusmodi sunt: "*Magnus Dei*
 „gracia Rex Svecie & Norvegie, dilectis sibi in Christo omnibus Ta-
 „vastiam inhabitantibus, in Domino dileccionem, gratiam & salutem,
 „Quia super quarta pelle, de qua inter venerabilem patrem Dominum
 „*Benedictum* Episcopum Aboensem ex una parte, & vos ex alia, jam
 „diu litigatum fuerat, nec tamen nobis adhuc ad plenum liquere potuit,
 „utrum eidem Domino Aboensi nec ne legaliter debeatur; volumus &
 „firmiter precipiendo mandamus, quatenus eandem quartam pellem in
 „manu sequestra sub custodia unius ex parte ejusdem Domini Episcopi
 „Aboensis, & alterius ex parte vestra, ad hoc specialiter deputatorum,
 „reponi faciatis, salvo jure partis utriusque, donec venerabilis pater



subjectam curæ, Visitationis officio functurus adiiisset, hanc noster occasionem præterire haud fuit passus, quin illius auctoritate, sua Clericorumque suorum commoda quædam munienda augendaque providus curaret (112).
Ne-

„Dominus *Olaus Archiepiscopus Upsaliensis*, assumptis secum aliquibus & aliis jurisperitis, auditis hinc inde probationibus, *aliquid sententia-liter definierit* via juris. Volumus etiam & mandamus, ut vos *parrochiani in Parrochia Hassu* (hodie *Hauho* dicitur) tres pelles, quas antea Domino Aboënsi exhibere consuevistis, & jam contumaciter, ut nobis refertur, per duos annos resideratis, [cum eisdem] si, ne reclamacione qualibet predicto Domino Episcopo vel suo certo mandato, assignetis. Quo facto credimus, ymo certi sumus, quod *interdictum in vos latum* relaxetur. Quarta vero pellis, de qua adhuc questio movetur, ponatur in manu sequestra, cum condicionibus ut superius est expressum. Datum Stokholmis anno Domini MCCC vicesimo nono, in vigilia beati Bartolomei Apostoli.” (*Reg. Eccles. Aboëns.* Fol. 8).

(112) Præter sententiam Archiepiscopi de quarta pelle Decimæ Episcopalis contra Tavastos obtentam, de qua nuper egimus (supra p. 234 & p. 212 nott.) idem Archiepiscopus *Petrus*, eodem anno 1335, cum Dioecesi Aboënsi visitaret, *statuit* (MESSENI verbis utor, *Schond. T. X. p. 15.*) *ut phocarum decimæ, in Alandia, imposterum parochi mensæ, quod crebro hospites susciperet, applicarentur, non fabricæ amplius ecclesiasticæ* (ædificandis templis). Literas illius hac super re subjungimus, ex *Reg. Eccl. Ab.* Fol. 2 exscriptas: „Univerfis presentes litteras inspecturis Frater Petrus Divina Misericordia Archiepiscopus Upsalensis s. i. D. s. Per presentes notum facimus, tam posteris quam modernis, quod anno Domini MCCCXXX quinto, *Dioecesi Aboënsi, nostre Upsalensis provinciæ, metropolitana auctoritate visitantes, ac in terra Alandie, dicte Aboënsis Dyocesis, circa festum beati Laurentii, gracia visitacionis huiusmodi constituti, venerabilem fratrem nostrum Dominum Benedictum Dei gracia Episcopum Aboënsi, ex communi tam clericorum quam laycorum terre Alandie prefate consensu ac concordia beneplacito, auctoritate ordinaria invenimus statuisse, quod pars decimæ de Foca, que pro usu fabricæ ecclesiarum parochialium supra dicte terre antea consueverat exhiberi, ad*



Neque Episcopum nostrum ipsum, vel partes saltem quasdam

immensas presbiterorum parochialium ecclesiarum earundem, *immensi*
gravaminis intuitu (quod) ratione hospitalitatis sustinere noscuntur, de
 cetero cedere & pertinere perpetuo debeat in futurum. Nos igitur
 statutum huiusmodi, sicut rationabiliter factum est, approbantes, ipsum
 ad predictorum tam Domini Episcopi, fratris nostri, quam clericorum
 & laicorum preces & instantias, metropolitana auctoritate duximus
 confirmandum: mandantes tenore presencium, auctoritate qua
 supra idem" (qua fungimur, supradictum) "statutum ab omnibus &
 singulis ante dicte terre Alandie incolis ex nunc perpetuo inviolabiliter
 observari. In cuius nostre confirmationis testimonium sigillum
 nostrum presentibus est appensum. Datum anno & tempore supradictis."
 (Reg. Eccl. Ab. Fol. 2). Eandem rem idem Archiepiscopus sequenti anno
 (1336), litteris in *Profesto beati Barnabe Apostoli datis*, (*ibid.* Fol. 7
 reperiundis), porro inculcasse invenitur; nec minus Episcopus *Benedictus*,
 mandato severo, Hierarchia Pontificie superbiam aperte spirante,
 hoc negotium urfit, tali modo scribens: "*Benedictus* Dei gracia Ep. Ab.
 dilectis in Christo filiis omnibus Alandiam inhabitantibus in Domino
 dileccionem & salutem. *Quamvis laycis quantumcunque devotis*
disponendi de rebus ecclesie nulla sit attributa facultas, quos
obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi. Nos tamen
 magis diligimus *subditos nostros* induci ad faciendum quod iustum
 est mansuetudine quam rigore. Hinc est, quod ad instantiam Domini
 nostri Archiepiscopi, ex consensu nihilominus & benivolentia plurium
 de vobis tunc presencium, & etiam meliorum Clericorum Curatorum
 in Alandia, totam integram decimam de foca absque divisione qualibet
 nos" (hic verba quaedam deesse, facile videas) "adjudicasse
 recognoscimus. Per presentes volumus igitur & *districte precipiendo*
mandamus, quatenus singuli vestrum Curato in sua parochia integram
 decimam de foca, ut premittitur, exhibere studeatis, prout censuram
 ecclesiasticam volueritis evitare. Datum anno Domini MCCCXXXVI,
 tercio nonas marcii, nostro sub sigillo" (*Ibid.* Fol. 2 sq).
 MESSENIUM literarum harum (ut & aliarum multarum in *Registro*
Eccles. Aboënsis asservatarum) non caruisse notitia, que attulimus
 de hoc negotio verba sua (cfr. etiam *Chron. Finl. Rhythm.* p. 29) satis
 testantur: simulque hinc patet, quod infra etiam confirmabitur,
 solenne his temporibus fuisse, ut Archiepiscopus Upsaliensis
 Diocesis Aboëntem visitaret, quamvis haud constet, utrum longius quam

dam immensæ Dioecesis sibi commissæ visitare (113), vel Clerum suum quotannis ad se Aboam convocare, Synodum celebraturum (114), neglexisse, vetera produunt monumenta.

Memorable quoque videtur, quod in commemorato sæpius a nobis *MS:to Palmisköldiano*, in laudem ejus narratum legitur: *Ordinarium Prædicatorum instituit*. Credas Monachos Dominicanos qui Aboæ sedem suam collocaverant, non tanto hætenus fuisse numero vel opibus ita valuisse, ut proprium haberent Priorem, qui hoc demum Episcopo auxiliante datus illis sit (115)? Hoc saltem

H h tim

Aboam, per latissime patentem magnaue ex parte parum excultam hanc provinciam, iter suum instituerit? Cfr. A CELSÆ *Appar. ad Hist. Sueog.* S. I, p. 117; n. 12.

Præterea ex his actis liquet, quam falsa sit RHYZELII conjectura (quem vel MESSENIUS veriora docere potuisset), in *Episcopofc.* (p. 331) de Episc. *Hemmingo*, *Benedicti* nostri successore, dicentis: *Han lærer varit then förste Biskop i Abo, som haft under sin andeliga Jurisdiction Åland, thet thit in til lydt til Upsala Sticht.* Toto tempore quo Episc. *Benedictus* Ecclesiæ præfuit Aboënsi, ad hanc ejus Dioecesi Alandiam pertinuisse, ex plurimis constat indubiisque argumentis; ac antecessori quoque suo, qui ipse erat inde oriundus, paruisse, probabile est. Quo vero tempore Ecclesiæ primum subjecta fuerit Aboënsi, penitus nos latet.

(113) Sic in Litteris suis testimonialibus de emtione prædii *Wäsfunda* (paroc. *Hattula* in Tavastia), datis in curia sua *Waano* anno *D:ni MCCCXXIV*, die beate *Priscæ* virginis (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 150), mox ab initio habet: *Noveritis, quod cum procuracionis nostre officium in Hattalum egimus, nos audivisse &c.*

(114) Solenne fuisse, ut *Synodus* quotannis Aboæ, mense *Septembri*, haberetur, ex Testamento *Asceri* supra (p. 227 sq. Not.) allato, indubie discimus.

(115) *Ordinarium Prædicatorum* alium intelligere ægre possumus, quam *Conventus* ejus, qui Aboæ esset, *Priorem*? Cfr. DU CANGE *Glos-*



tim indubium est, ante a. 1331 nullum in vetustis quæ
 supersunt monumentis Priorem Dominicanorum comme-
 morari; quo anno *Johannem Laurentii, Priorem Con-
 ventus Aboënsis Ordinis Prædicatorum* Testimonio supra (p.
 212 not.) allato subscripsisse reperimus, septennio post
Cbristierum Skerebek jam successisse, atque litteras vendi-
 tionis curiæ s. prædii cujusdam in insula *Hirvisalo* siti,
 suo confirmasse sigillo, in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 96 legi-
 mus

far. voc. *Ordinarius*; ubi inter alia dicitur: "*Ordinarius* principaliter
 habet locum de Episcopo & aliis superioribus, qui soli sunt universa-
 les in suis jurisdictionibus, &c."

(116) *Fratrum vero Prædicatorum* longe maturior occurrit in mo-
 numentis nostris mentio. V. g. in severis hisce literis, pro iis contra
 Consules & Senatum urbis Aboënsis datis: "Universis ad quos per-
 ventas littere pervenerint *Algotus Jonson* salutem in Domino sempiternam.
 Quia Proconsules & Consules civitatis Aboënsis ausu temerario a
 libra equitatis & rationis tramite delirantes, reverendis viris Do-
 minis *Fratribus Prædicatoribus*, clericis, laycis, pupillis, orphanis &
 viduis, possessiones quas ab antiquis temporibus jure paterno, seu do-
 nationis vel empcionis titulo legitime possiderent, violenter usurpare
 & indebite subtrahere minime formidabant; nos autem ipsorum Pro-
 consulum & Consulium in communi placito terre & prædictæ civitatis
 consistorio processum huiusmodi temerarium inveniētes & iniquum,
 plusquam (plus) misericordiam quam juris rigorem in hac parte sollicitè
 amplectentes, ob ipsorum Proconsulum & Consulium propriam precum
 instantiam & beneplacitum, multorumque discretorum interposicio-
 nem, a prenominate Proconsulibus & Consulibus centum marcas juve-
 ve monete cum multiplici gratiarum actione levavimus; supra dictis Do-
 minis clericis ac laycis possessiones suas omnes & singulas, quas pri-
 mitus habuerant, more solito reedificando (redificandas) & in posterum ab
 ipsis & suis heredibus possidendas adjudicavimus pleno jure, cum Divinum
 & humanum sit judicium unicuique quod suum est refundere, nec a-
 liena appetere, concupiscere vel habere sine causa. In cuius rei evi-
 denciam firmiorem, sigillum nostrum una cum sigillo civitatis memorate,
 presenti sedule (schedulæ) duximus apponendum. Datum Abo anno Domi-



)

(



mus (116). Nec multo post, a. 1340, magnis jam opibus auctos floruisse, discere indidem licet (117).

Nec minori existimandum est nostro relatum fuisse honori, quod in eodem MS. additur: *Huic ortus S:æ Birgittæ nocte nativitatis suæ revelatur*. Quam rem ad luculentorem ejus *Hemmingum*, per errorem referens VASTOVIVUS, annorum rationi sibi que ipsi aperte repugnat (118).

H h 2

Bel-

„ni MCCCXXIII, quintis Kal. Aprilis.” (*Reg. Eccl. Ab. Fol. 44*). De Proconsulum Consulunque Aboënsium hoc delicto cæterum nihil, nisi quod hic legitur, rescire potuimus. Recentiora monumenta, (a. 1325, 1329 &c. *Reg. Eccl. Ab. Fol. 104, 134, &c.*) in quibus mentio fit vel *Fratrū Predicatorum Conventus Finlandensis*, vel *Conventus Aboensis*, adducere non attinet. Cfr. supra p. 209, & p. 213, ubi commemoratum Testamentum Ducum *Erici & Waldemari*, in quo *fratrum* quoque *Prædicatorum Aboënsium* meminerunt, a. 1318 consignatum fuit. Vid. LAGERBRING *Sw. R. 5. III D. p. 139 sq. & p. 356 sq.*

(117) Patet hoc ex Bulla Papæ *Benedicti XII*, ad *Præpositum, Decanum & Archidiaconum Ecclesiæ Upsalensis* data *Avenione V. Kal. Junii, Pontificatus anno sexto*, h. e. 1340, (infra, in Sylloge Monumentorum exhibenda) ubi *Henrico Hartmanni, Rectori (Pastori) Ecclesiæ de Saxamäki (Såxmåki)*, de injusta horum Monachorum avaritia quærenti potentiamque simul eorum formidanti, præsidium opemque Pontifex præbet. Verba modo hæc apponimus: - - - ”Prior & Fratres domus dicti Ordinis prope civitatem Aboensem, pretextu indulti huiusmodi, in parochia dictæ ecclesiæ Saxamåke, super altare portatili missam & alia divina officia celebrare, & ad missam & divina huiusmodi parochiam, nos dictæ ecclesiæ convocare & oblationes recipere ac in usus suos convertere, propria temeritate presumunt, in eorundem Rectoris & ecclesiæ præiudicium & gravamen. Cum autem dictus Rector, sicut asserit, *dictorum Prioris & fratrum dictæ domus potentiam merito perhorrescens*, eos infra civitatem seu dyocesium Aboensem nequeat convenire secure”, &c.

(118) Dicit enim *Hemmingum*, ”in ecclesiasticum cooptatum ordinem, Upsalensem & Aboensem Canonicum animarumque curatorem

Bellum cum Russis gestum, cujus sub finem vitæ Episcopi *Ragvaldi* auctor noster meminit, sedente Episcopo *Benedicto* continuatum esse, extra dubium est. Parum fidam cum his barbaris pacem, etiam post fractos expeditione *Thorkilli* Carelica eorum animos, nostris fuisse, supra significavimus, cfr. p. 214, not. (83), & p. 217, not. (91; qui non minus partem Fennix urbemque inprimis Aboënsē (cum Templo Cathedrali, arceque Custoënsi) a. 1318 necopinato impetu vastasse & combussisse (119), quam eodem circiter tempore (120) Norvegiam, Regi jam eidem cui Svecia subjectam, crudeliter spoliasse, reperiuntur. Turbæ inter R. *Birgerum* & fratres suos Duces horumque asseclas agitatae, commodam sine dubio hostibus occasionem præbuerunt, Fenniam impune vexandi; nec quidquam vel de ope miseris nostris

„factum, meruisse celesti revelatione tempus nativitatis d. Birgittæ cognoscere, &c.” (*Vit. Aquilon.* initio vitæ hujus sancti). Deinde vero narrat, eundem obiisse a. 1367, ætatis suæ 70, cum annis 20 munus præfulare gessisset. Nata autem fuit *Brigitta* circiter a. 1303 aut 1304; quare anno ætatis septimo jam fuerit sacerdos *Hemmingus*, necesse est, Cfr. LAGERBRING l. c. 3 D. 8. C. 9 §. Sed fontem erroris, facile jam est videre.

(119) Quod nescio cur in dubium vocet Ill. LAGERBRING, (l. c. P. III. C. I, §. 60, p. 149 sq), Annalium Russicorum, parum hactenus nobis cognitorum, ea de re silentium allegans, nullius, si vel de eo satis constet, contra expressa monumentorum nostrorum testimonia, ponderis. Sibi autem non constans, C. 3 §. 29 contrariam veriorēque amplectitur sententiam; quod vero dicit Russos *totam Finlandiam* copiis inundasse, veterum caret auctoritate. Navibus potius credas oram maritimam infestasse?

(120) Anno 1316 Halogalandiam spoliasse, sed inprimis post mortem R. Haquini (quæ a. 1319 contigit) crudeliter Norvegos afflixisse, idoneis Ill. LAGERBRING demonstrat testimoniis, l. c. C. 3, §. 12, not. (1), §. 29 not. 3, Cfr. §. 3.



stris majoribus præstita, vel consiliis sapientibus strenuis-
que vim hostilem repellendi captis, monumenta nostra
historica commemorant (121). Audaciores igitur facti

H h 3

Rus-

(121) Russorum scriptores varia de hoc bello habent, quæ cum
rerum apud nos, iis temporibus, conditione, conciliari ægre queant.
Sic Dn. LEVESQUE (*Hist. de Russie* T. II, p. 156, qui fontes suos in
margine indicat, nempe *Drewnei Letopissets* s. antiqua Chronica Rus-
sica, Petropoli a. 1774 & 1775 typis vulgata, & *Historiam Russicam Prin-*
cipis STCHERBATOF) his verbis illud describit: *Il* (Magnus Princeps
Georgius) *battit, il repoussa les Svedois, qui etaient entrés dans le do-*
maine de Nowgorod, disipa une nouvelle armée (præter illas Svecorum
copias, quæ ditionem Novgorodensium invaserant? credas magna vi
magnoque apparatu bello huic gerendo incubuisse, quos turbis do-
mesticis occupatos, vix remotas has regni partes respexisse, nostri scri-
ptores suspicantur!); *Et de la Carelie ravagée par ses armées, pénètrent*
jusques dans la Finlande, il forma le siège de Vibourg (scil. hæc urbs,
secundum auctoris Geographiam, in Carelia non fuit sita!). *Il fut contraint*
de le lever; mais les victoires (plures nempe, de duobus ad minimum
exercitibus Svecicis, reportaverat!) *qu'il avait remportées, assurèrent*
pour quelque temps la tranquillité de la Russie du côté de la Suede (scil.
paciis erant Russi, ex sua parte, studiosissimi!). Scriptor etiam anony-
mus qui *Historiam* concinnavit *Imperii Russici, Tatarorum jugo pressi*,
exhibitam in (Cl. ARNDTII) *St. Petersburgisches Journal*, ubi hu-
jus belli mentionem facit (VI B. 1778 p. 91), hæc habet: *Die Schwes-*
den hatten sich eines großen theils von Karelrien bemächtigt, und belas-
gerten die Stadt gleiches namens (urbem, nomine *Careliam*? ac si de
urbe loquerere, cui nomen esset *Finlandiæ*? sine dubio *Kexholmia* in-
telligitur, appellata Russis *Karellogorod*, h. e. urbs *Careliz*; eaque res
suspiciandi præbet ansam, scriptores quos auctor sequitur, confudisse
hujus temporis acta cum superioris belli illius, *Birgero* Rege gesti?).
Georg zog wieder sie aus, entsetzte die Stadt, schlug die Schwedische Ar-
mee (unum hic modo exercitum *Sveci* perdunt!) in die flucht, und belas-
gerte *Viburg*, welches ihm aber, ohngeachtet aller angewandren Kunst und
tapferkeit, durch seine lage und starke befestigung widerstand. *Mili-*
tum Svecicorum fortitudinem hic nihil Russis negotii facessisse, vides.
Audiamus vero *MESSENIUM* de eadem hac obsidione scribentem: *XII*
Augusti, (*Georgius Moschorum Dux*) *frequentissimo suorum exercitus*
præsidium Carelorum Viburgum arcta clausit obsidione, illam in *XLIX*

Russi, a. 1322 (122) Castrum Wiburgense, ductu, ut noster testatur, *Georgii Regis Ruthenorum* (123), exercitu magno obsederunt; sed intactis rebus abire coacti sunt. Ea debilitatos clade, ad pacem faciendam proniores extitisse,

usque diem summa animorum contentione & oppugnatione continuans, interim cum praesidiariis jubinde grandi hostium strage prorumpentibus, habitis conflictibus, & tandem considerans arcis capiundae nullam affulgere fiduciam, IX. Septembris ignominia plenus recessit (Seond. T. XII p. 173). Hoc modo Historia scribitur! --- Totius belli nullam vel *Chronicon Rhythm. Majus* vel *Ericus Olai* mentionem faciunt. Significare quidem MESSENIUS verbis supra a nobis (e *Chronico suo Rhythm. Finl.*) allatis, videtur, *Matthiam Kettilmundi* incursionem Russorum, qua a. 1318 Finlandiam afflixerant, ultimum graviter fuisse; sed quamvis eum per annos 1324 & 1325 hic locorum degisse, atque *Capitanei* etiam Finlandensis nomen honoremque gessisse, vetustorum fide monumentorum (infra laudandorum) constat; bellicae tamen expeditionis ab eo contra Russos hoc tempore susceptae nulla superest memoria.

(122) Anno sequenti (post mortem sc. Episcopi Ragvaldi, quae a. 1321 contigit), hanc Russorum irruptionem factam fuisse, auctor noster expresse significat; adeoque a. 1322, non 1321, ut habet Ill. LAGERBRING l. c. C. 3, §. 29. Cfr. MESSENIUS *Schond. T. X*, p. 14. Annum 1321, fortia Principis *Georgii* contra Svecos facta celebrans, margini apposuit Dn. LEVESQUE l. c. In *Historia* autem *urbis ac Reip. Novgorodensis* quam Collectioni suae rerum Russicarum (*Sammlung Russischer Geschichte V B. p. 421.*) inseruit Ill. MÜLLER, annus 1324 huic expeditioni assignatur. Nullam video rationem, cur ab auctoris nostri sit auctoritate recedendum: Russorum monumenta nostris exactiora haud esse, facile patet. Caeterum Wiburgensem hanc expeditionem, praecedentibus, quas populandi tantum, ut videtur, consilio Russi susceperant, graviores utique fuisse, recte observat Ill. LAGERBRING, loc. cit.

(123) *Georgium* (Jurje) *Danilovitch* fuisse, qui a. 1318 aut 1320, *Magnus Princeps Russiae* factus fuit, (hominem flagitiosum atque crudelium), Russorum Annales docent; quem hac occasione urbem quoque *Orechovæ* (Nôteburgum, hodie Schlüsselburg) condidisse, tradunt. Vid. MÜLLER, LEVESQUE & ARNDT l. l. c. c. Aptius auctor noster *Regem Ruthenorum* vocat, quam alii *Principem Novogordiae*, licet haec etiam dignitate simul gauderet.



tisse, verisimile est; quam non multo post inter R. Sveciæ *Magnum* & Magnum Principem Russiæ *Georgium* conclusam fuisse, existimandum est, cujusque in Archivo Regni adhuc servatur Instrumentum, Latine exaratum, quod quia anni nota destituitur, Historici nostri ad alterum bellum, viginti circiter annis serius inter gentem utramque gestum atque compositum, spectare judicarunt (124); temere ut nobis videtur. *Regem enim magnum (Magnum Principem Russiæ) Furge (Georgium)* hanc cum *Rege Sveciæ Magno Erixi* filio pacem fecisse, expressis verbis dicitur; *Georgius* autem ille, qui cum Sveciæ hoc Rege bellum gessit, anno jam 1324 aut 1328, ut Russorum annales docent, interfectus fuit (125), nec credi potest, in ipso pacis Instrumento, si genuinum esse conceditur, in nomine Principis paciscentis erratum esse, quique *Simeon* esset, eum *Georgium* fuisse appellatum (126). Historici præ-

(124) MESSENIUS *Sch. T. X p. 16 & T. XII p. 188.* VON DALIN *Svea Rikes Hist. II. Del. C. 12, §. 17;* LAGERBRING l. c. C. VI, §. 18. Licet in ipso anno definiendo discrepent; quem MESSENIUS & VON DALIN 1348 fuisse constituunt, LAGERBRING post 1350 querendum contendit. Unde LOCCENIUS (*Hist. Svec. L. III p. 104 Ed. in 4to*) quem alii non pauci sequuntur, annum 1338 hauserit, expiscari non potuimus.

(125) Vid. MÜLLER l. c. p. 422, qui annum habet 1328, & LEVESQUE l. c. p. 159, atque ARNDT l. c. p. 99, qui in anno 1324 consentire videntur.

(126) Fatetur ipse Ill. LAGERBRING, (a MÜLLERO edoctus), tempore quo posterius bellum a Rege MAGNO Russis illatum fuit, *Simeonem Iwanowitsch* his imperasse. Quomodo igitur scribere potuit, contra apertissimum Historiæ Russicæ testimonium, *Georgium* tamen quendam (alium a *Georgio Danilowitsch* diu jam mortuo), cum pax confirmaretur, imperium tenuisse? Vid. l. c. §. 17, not. (2). Cæterum mihi, cui laudatum illud pacis Instrumentum inspicere non contigit, (neque igitur judicare licet, utrum authenticum sit, nec ne?) ex Russico exemplo descri-

præterea Russici rem aperte demonstrant, qui etiam *Novogorod* (*Orechovetz*), non multo post hanc urbem primum conditam, pacem hanc fuisse constitutam testantur (127), quo missos fuisse legatos Svecicos, quorum nomina indicantur, ipsum docet pacis tabularum commemoratum jam a nobis exemplum.

Conditio hujus pacis accurate explicat Dn. LAGERBRING (128); ipsaque res & omnium consensus monu-

ptum esse videtur, & latine conversum? Quod vel ex initio ejus patere existimo, quale exhibet Dn. LAGERBRING (l. c. §. 18, not. (1)), hujusmodi formæ: "Ego Rex magnus *Jurge* --- cum tota communitate *Nogardiz* terminaveram cum fratre meo Rege *Svechiæ Magno Erici*, filio, & venerant de *Svechiæ Rege* nuntii *Ericus Thurefon* &c." Dn. VON DALIN (l. c. p. 491) hoc Instrumentum Pacis legi jubet apud Dn. SCHÖNSTRÖM, *Introd. in Hist. Svec. MS.*, Seculo demum XVI apportatum fuisse ex *Russia* videtur; forte occasione pacis a. 1537 inter R. *Gustavum I* & *Johannem Basilidis* confirmatæ? Cognitum certe fuit cum *OLAO PETRI* (vid. LAGERBRING l. c. §. 19) tum *MESSENIO*, hic illud licet non satis distincte proponat, l. l. c. c. Ex cujus vero verbis colligas, Russos qui pacis hujus conditiones semper urgebant, Svecis minus probatas, ipsum instrumentum produxisse in medium.

(127) Auctor anonymus in *St. Petersburg Journal* supra citatus, T. VI, p. 92 (qui se præcipue quidem *Historiam Russicam* Principis *SCHTSCHERBATOVO* fecutum fatetur, sed neque tamen fontes ipsos ex quibus hic sua hauserit, omnino neglexisse docet, ibid. II B. 1776, Sept. p. 3) scribit: *In dieser Stadt (Orechowez) wurde gleich nach ihrer Erbauung (a. vero 1322 aut 1324 conditam fuisse testantur) ein Friede zwischen den Schweden und Novogorodern geschlossen, kraft dessen die Letztern das östliche und die Erstern das westliche Karelilien behielten.* Dn. *LEVESQUE* annum pacis hujus confirmatæ 1323 in margine indicat, atque dicit: *Elle (urbs Orechovetz) n'était pas encore entièrement construite, que le Roi de Suède y envoya des Ministres pour y traiter de la paix. Elle y fut conclue, & la partie meridionale (debuerat dicere orientales; quod in mappa Geographice vel levis inspectio docet, cum fines regni utriusque amne SYSTERBECK terminarentur, quæ Ingridiam a Carelia distinguit) fut cédée à Novgorod.* l. c. p. 157.

(128) L, s. §. 18.

numentorum confirmat, territoria *Savolax, Feskis & Ägrepa* (Eurápää), quæ totam olim Provinciam Savolaxiæ & Careliæ Svecicæ comprehendebant, non Russis sed Svecis hac occasione fuisse solenniter concessas (129).

Quod in hostium repellendo impetu ac Wiburgo defendendo, Episcopi nostri insignem versatam fuisse operam, RHYZELIUS (l. c.) asserit, suo ille more facit, quo laudibus quibus potest quemque ornare solet Episcopum: recens huc translatum, vix tamen credas hunc præcipuam obsessis ferre opem potuisse. Quis vero urbem obsessam consilio & fortitudine maxime defenderit, penitus nos latet.

Res Ecclesiæ Fennicæ hujus tempore Episcopi non contemnendo usas successu, ex supra dictis colligere licet. Non modo haud paucas *Ecclesias rurales per dyocesis Finlandensem competenter exstructas & decenter ornatas* jam existisse, ex laudato (supra p. 227, not.) *Asceri*, Curati Saguensis, testimonio liquet; sed nomina etiam quarundam, Pastoribus suis instructarum, in temporis hujus monumentis, quantumvis paucis, occurrunt (130).

I i

Quod

(129) Vel *metæ, de mari in ampnem Sester gamynne* &c. definitæ, hoc docere poterant. Præterea edita de Decimis, ab incolis paroeciæ *Savolax* nec non inhabitatoribus *Careliæ* pendendis, a R. *Magno* a. 1329 data (cfr. supra p. 230 & 231), satis superque docent, has terras Svecorum subiectas fuisse imperio: quod idem adducta nuper (not. 127) a nobis Historicorum Russicorum testimonia, confirmant. Non igitur tam tradidisse Russos nunc denuum hæc territoria Svecis, quam prætenso suo in illa juri tandem renuntiasse, existimari debet.

(130) Ut nihil dicamus de *Ecclesia S. Mariæ de Nousia* (Nousis) & *Parrochia de Masku*, a. jam 1232 & 1234 nominatis (vid. supra p. 132 not. 40.); mentionem fieri reperimus paroeciæ *Resa* (Reso l. Raifio) 1320, (quo jam 1305?), *Nummis* 1323, *Kimito* 1325, *Ushela* 1329, *Bierno* &

76
 Quod ad conditionem attinet terræ nostræ politicam, consilia de cultura ejus augenda provehendaque, superioribus annis capta (ctr. supra p. 214 & 222, not.), hæc etiam ætate fuisse continuata & promotâ, reperimus Cui rei inprimis fidem faciunt literæ valde notabiles Regis MAGNI, *omnibus Finlandiam, Nylandiam, Alandiam, Tavastiam, & Satagundiam inhabitantibus, datæ Stokholmis a. D:ni 1334, sexta feria proxima ante Philippi & Jacobi Apostolorum*, de quibus commemorât Ill. LAGERBRING l. c. C. 3, §. 23, p. 283 sq., (& de simili fere in regione Cuprimontana excolenda consilio adhibito, ibid. C. 7, §. 12, p. 568, & not. 4), quarumque uberio rem notitiam dedimus in Appendice ad Comment. Aboëns. (*Bihang til de af et Sällskap i Åbo utgifne Tidningar för år 1785*) p. 111-115. Ipsas literas Regias in Sylloge Monumentorum dabimus. Non autem inra mera consilia hanc rem substituisse, sed effectui fuisse datam, itidem constat (131): licet

Syll. p. 72.

Haliko 1330, Lundo 1331, Kikala 1332, Sagu 1335, quibus suos præfectos fuisse Curatos, invenimus: similiter *Saltvik (& Sund?)* in Alandia 1322, *Finnström 1328; Borgo* in Nylandia 127, *Tenala & Karis 1329, Kyrckslätt 1330; Hattula* in Tavastia 1324, *Haulio & Wåno 1329, Sâxmåki 1335* &c.

(131) Habentur in *Registro Eccles. Aboënsis* Fol 26. literæ Præfecti ejusdem *Finlandensis, Arengislonis Andreæ*, cui præcipue hujus exequendi consilii fuit cura demandata; quas, utpote lucem rei non contemnendam præbentes, adponemus. "Omnibus præfens scriptum cernentibus *Arengislo Andreæ*, Præfectus terre Finlandensis, in Domino salutem sempiternam. Noverint universi, tam posterî quam presentes, quod discreto viro Domino *Olaûo*, Canonico Ecclesie Aboënsis, *do & assigno*, auctoritate Domini mei Regis, *qua fungor*, silvam quandam de novo occupandam & colendam intra limites parochie *Rusku* sitam, Sexu nominatam, subjiciensque eam juri *Sweuico* quoad exhibiciones exhibendas, sicut alias silvas de novo occupatas: quam quidem silvam per *Haquinum Ripfa* & alios sex discretos in quatuor limites limitari feci & distringi



licet infelices quæ non multo post secutæ sunt turbæ bel-
laque civilia magnum sine dubio impedimentum & huic
& aliis consiliis salutaribus objecerint. Hisce iisdem fere
temporibus nova seminum, caulium & herbarum gene-
ra in Fenniam introduci atque apud nos coli cœpisse,
Olus, Lupulum (l. Humulum), Cannabin, Linum &c.,
probabile videtur (132); Calcis quoque usum & domi
inveniendæ parandæque industriam, necessitas, postquam
Templa lapidea passim exstruere zelus Religionis propa-

I i 2

gandæ

sub tributo quatuor marcarum butiri cum aliis mihi omnibus procum-
bentibus ex more annuatim persolvendo; proviso, te sicut & alios occu-
patores silvarum de novo, infra hinc & quatuor annos inclusive, a tri-
buto & omni solucione extraordinaria habere volo supportatum. In cu-
jus donacionis, assignacionis & limitacionis evidenciam sigillum meum
presentibus est appensum. Datum Abo anno Domini MCCCXXXVIIo,
in die Marie Magdalene." Adposita ab exscriptore hæc verba legun-
tur: "Hanc silvam donavit idem Elauus Ecclesie Cathedrali, ut patet fo-
lio CV. Et est hodie sub predio Awas in Rusko b. Henrici." Cujus do-
nacionis condiciones & confirmationem, ab Episcopo Hemmingo factam, le-
gere licet in *Registrari Eccl. Aboënsis* exemplo quod hodie superest, Fol. 98.

(132) *Decimas Lini, Canabis, Humuli, ac aliorum quorumcunque a
Fennis loco Oblacionum & Mathbyrdh persolvi fideliter ac devote jubet
Birgerus Archiepiscopus Upsaliensis, Statuto a. 1369 Aboæ dato, ex con-
vencione inter ipsos clericos & laycos hucusque servata. Vid. Reg. Eccles.
Ab. Fol. 3. Quumque Bulla Papæ in favorem Henrici, Rectoris parro-
chialis Ecclesie de Sæxamåki a. 1340 data (de qua infra) vehementer dam-
net nonnullorum parrochianorum suorum perveritatem, qui de proventibus
terrarum, Vinearum, ortorum &c. decimas solvere indebite contradice-
rent, quandam pravam consuetudinem, quæ corruptela dicenda fuit potius,
pretendentes, videlicet quod de talibus nulli adhuc decimas persolverunt;*
sanctissimi atque infallibilis Patris auctoritas tanti sine dubio facienda est,
ut credamus de novis quibusdam frugum atque herbarum generibus, de
quibus hætenus decimæ solutæ non erant, controverfiam motam fuisse,
quam dirimere voluerit: quin enim de frumentis solitis decimæ solvendæ
essent, dubitari haud potuisse, putamus. Cfr. *Bihang til de af et Sälls-
kap i Abo utg. Tidn, 1785, p. 123 sq.*

gandæ & ornandæ jussisset, nostros docuerat (133): e quo exemplo, quid in reliquis opificiis & artibus in vita humana maxime necessariis, factum sit, colligere licet, quibus scilicet sensim materiam atque incitamenta crescens cultura gentis, sedem vero præcipuam Urbs Aboënsis, circa Templum Cathedrale efflorescens, sine dubio præbuit.

Præfectos Fennix suarumque Arcium atque Provinciarum hoc tempore commemorari plures reperimus: quorum alios sese Capitaneos Finlandix vel Finlandenses, vel terræ Finlandensis, vocare videas, (summa fortassis dignitate reliquis superiores, quales postea Gubernatores Generales dicere moris fuit?) (134), alios Præfectos terræ Fin-

(133) Incolas quosdam paroeciæ *Kimito* a. 1229 *montem cementi* Templo Cathedrali, *pro fabrica sua*, dedisse, supra (p. 227, not.) vidimus, *Pretia rerum* quam apud nos iis temporibus rationem habuerint, sequentes literæ conjectandi aliquam præbere materiam poterunt: "Noverint universi presentem paginam inspecturi, me Fulconem dictum Skelga, venerabili patri Domino Aboenti quoddam pratum *duodecim plaustrorum* (af 12 *semmatlaß bö?*) iuxta curiam meam situm, *pro una timbria cum dimidia bonarum pellium dictarum Bogassin* in pignus tali exposuisse ratione, quod si sepedictum pratum infra festum sancti Michaelis jam proximum per me redemptum (non) fuerit & pelles solute, tunc computato primum pellium precio, *pro cujuslibet plaustri parte dimidiam marcham denariorum* idem Dominus Aboënsis michi dabit, & pratum sepedictum sibi suisque successoribus cedat perpetuo possidendum. In cuius rei evidenciam maiorem sigillum meum, una cum sigillis discretorum virorum, Domini *Menechini de Hattalum* ac *Hermanni Hundebæch*, presentibus sunt appensa. Scriptum *Fiorosjn*. [sine dubio corrupte; fortassis *Korojum?*] anno Domini MCCCXXXVIII: o in festo Apostolorum *Philippi & Jacobi*." (Registr. Eccles. Aboëns. Fol. 118).

(134) Tales fuisse credas viros principes *Matthiam Kettilmundsön*, qui a. 1224 & 1225, nec non *Carolium I. Åskonungsön* qui a. 1227 (&, si anni nota apud Nobil. VON STIERNMAN, *Höfd. Minne II D. V B. 2 C.*

Finlandensis (135), alios *Advocatos Finlandenses* vel *super Finlandiam* (136), alios *Advocatos Aboenses* (137), vel *Capitaneos* aut *Advocatos Castri Aboensis* (138), atque similiter *Advocatos Tavastie* (139), vel *Nylandiæ* (140), vel *Alandiæ* (141), vel *Wiburgenses* (142) appellari, reperias.

I i 3

In-

errore non laborat, 1223) huiusmodi titulo honoris atque auctoritatis floruisse leguntur. Dissimulandum vero non est, illum a. 1347 vocari *Capitaneum Castri Aboensis*, testante VON STIERNMAN, (ib. 36, quod typis expressum legi etiam potest in D:ni GJÖRWELL *Svefsta Mercurius* 1757, mens. Sept. p. 268 sqq.; nisi error in tituli irrepsit formulam, a quo anni saltem notam vix aliter immunem præstes, quam si literas ibidem ab eo citatas, post mortem demum Domini *Matthiæ* fuisse scriptas doceas; cfr. LAGERBRING l. c. C. 4, §. 11); hunc autem a. 1330 appellari *Regis Magni Advocatum super Finlandiam & Alandiam*.

(135) *Ærengisle Andersson* a. 1337, in literis supra allatis (p. 246 not. 131).

(136) Ita vocari reperimus *Algotum Joanson* a. 1324 (idque in iisdem literis quæ *Matthiæ Kettilmundi* dignitatem tribuunt *Capitanei Finlandensis*), *Carolus Haraldsson* a. 1330, & *Ærengislonem Andreæ* a. 1336.

(137) Hoc titulo ornantur nuper nominati *Carolus Haraldsi* a. 1331, & *Ærengislo Andreæ* a. 1335, nec non *Laurentius Peterfon* a. 1337.

(138) De *Matthia Kettilmundi* adduximus nuper (not. 124) testimonium STIERNMANNI, qui *Torirum* quoque *Jönsjon* a. 1322 appellari *Advocatum Castri Aboensis*, ibidem (6. 3) docet.

(139) Tales sunt *Petrus Postoll* a. 1327, *Laurentius* a. 1332.

(140) Hæc dignitas cuidam *Gerardo* tribuitur a. 1327.

(141) *Nicolaus Magnusson* a. 1328. Oecurrit etiam a. 1322 *Jacobus Exactor in Alandia*, in literis *super bonis in Thiuðhanås in Alanãia* (Ecclesiæ Cathedrali concessis), dat. *Saltvik* anno Domini 1322, die lune post Dominicam oculi proxima (*Registr. Ecces. Ab.* Fol. 114); qui *Jacobus* in Sententia Judiciali a. 1418 super iisdem bonis a *Magno Toftason* Legifero *Alandiæ* lata, (*Reg. Eccles. Ab.* Fol. 163) vocatur *Fogthen som tha ther var?*

(142) *Petrus Joanson* (vel *Jönsjon*) a. 1331 (& 1334?). Nobil. STIERNMAN etiam a. 1320 -- 1327 hac dignitate ornatum fuisse docet (l. c. IX B. 1 6.).



Inter quas dignitates honorisque titulos, an & quænam differentia intercedat, non est ubique definitu facile; neque constantissimis eo tempore semper limitibus distinguî consueſſe, verisimile est. Nomina autem seriemque horum Praefectorum, quatenus ad nostram pervenerunt cognitionem, indicatis simul fontibus unde hausta sit, alio loco exhibuimus (143), quem piget hic exscribere (144).

Publicis regni administrandis negotiis non admodum fese Episc. *Benedictum* immiscuisse, credas: saltem nulla hodie supersunt ejus rei vestigia.

In anno suo emortuali definiendo, scriptores monumentaque nostra inter se discrepant. Cum JUUSTENO, qui a. 1340 *die Crispini & Crispiniani* (d. 25 Octobris) obiisse testatur, consentit MESSENIUS (*Schond. T X p. 15*). In *Manuscripto Palmköldiano* legitur, ut supra indicavimus, mortuum fuisse a. demum 1348 (145); quod fallum esse, indubiis evincitur argumentis (146). RHYZELIUS (l. c.) vita decessisse a. jam 1338, die 29 Novembris, narrat; quod unde hauserit, nos quidem latet. In *Registro* tamen *Ecclesiae Aboënsis* nullæ ab eo serius datæ reperiuntur literæ, quam binæ a. 1338 *feria sexta proxima ante Simo-*

(143) Vid. *Bihang til de af et Sällskap i Åbo utg. Tidningar för 1785*, p. 179 sqq.

(144) Itaque, & pro hoc tempore & pro sequentibus, satis habebimus quæ eo loco dicta sunt supplere, & ubi opus fuerit, emendare.

(145) Supra p. 15 not. (27), ubi tamen per errorem typographi-um male legitur MCCCCLVIII pro MCCCXLVIII, quod igitur corrigendum est.

(146) Plures in *Registro Eccles. Aboënsis* occurrunt literæ inter a. 1340 & 1348 a successore suo *Hemmingo* datæ; de quibus infra,



Simonis & Jude scriptæ, quas supra (p. 224 not.) exhibuimus; atque ex successoris sui *Hemmingi* ipso illo (cujus etiamnum exemplum superest) Diplomate (infra adjungendo) quo *Præposituram* in Ecclesia Aboënsi nuper a se institutam, primo ejus mandat procuratori, *Dominica proxima ante nativitatem b. Mariæ* (quæ celebrabatur die 8 Septembris) a. 1340 dato, satis patet, ab errore immunem locum Auctoris nostri non esse (147). Veriorem autem annum diemque dare, non valemus; nisi quod vel ad finem vergente anno 1338, vel initio anni 1339, factum esse, verisimile ducamus.

HEMMINGUS.

(I. *) *Electus Divina inspiratione, h. e. concordibus* Canonorum suffragiis (148). Vel nobis non monentibus

(147) Nisi mendum in anni nota, quam exemplum Diplomatis in *Reg. Eccles. Aboënsis* servatum offert, esse existimes. Cui tamen sequentes literæ, etiam ante illud Diploma datæ, ad stipulantur: "Noverint universi, quod ego *Johannes in Stensbøe* [prædium in parocchia Borgo Nylandiæ] recognosco me levasse a venerabili in Christo patre, Domino *Hemmingo*, permissione Divina Episcopo Aboënsi, illas 22 marcas denarium in quibus *predecessor suus Dominus B. (Benedictus) bone memorie condam Episcopus* Aboënsis, patri meo tenebatur obligatus, pro quibus eundem Dominum meum H. tam ex parte mea quam fratris mei, liberum reddo & quitatum. Preterea recognosco me debere sibi dare quolibet anno XX marcas Denariorum Suevorum nunc currencium, vel eorum valorem in pecoribus & butyro seu aliis rebus, prout solent recipere mercatores, de exactione in parrochia Borgo & capellis sibi annexis. Ac etiam virorum Dominorum [Locus corruptus; quedam præcessisse verba, quæ exciderunt, facile patet] *Henrici de Borga, Ærnvasti in Kir islat, Nicolai Vellus & Pauli de Tenala*, quia proprium sigillum non habeo, presentibus sunt appensa. Datum in Kirislat anno Dni MCCCXL feria 2 post Dominicam Reminiscere" *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 146 sq;

his quisque videt, hæc verba non esse JUSTINI ipsius, sed ex illo quod ante oculos habuit exemplo veteri, tempore Pontificiæ religionis in patria dominantis condito, fuisse ab eo excerpta. MS. *Palmköldianum* similiter habet: *divinitus eligitur.*

In paroecia *Båling* Dioecesis Upsalensis natum fuisse, dubio caret (149).

Curasse de novo (hoc est *primum instituisse*) *Præposituram in Ecclesia Aboënsi*, adeoque novo augmento & digni-

(148) DU CANGE *Glossar. Voc. Inspiratio*: "Ex tribus electionum formis, quarum mentis est in Decretalibus Greg. IX PP. Lib. I. tit. 6. c. 42, una est quæ *per inspirationem*, sive *viam Spiritus S.* dicitur fieri: cum scilicet communiter & ab omnibus concorditer, quasi divino spiritu afflatis, nullo discrepante, aliquis eligitur, *absque aliquo tractatu*, ex quo nempe præsumi possit aliqua persuasio vel suggestio in gratiam eligendi."

(149) Præter auctorem nostrum testatur id MS. *Palmköldianum*, ac confirmare sequentes etiam literæ videntur quæ in *Reg. Eccles. Aboëns. Fol. 118* comparent, nulla vel anni vel diei nota adjecta: "Universis presentes literas inspecturis *Hemmingus* Divina misericordione Episcopus Aboënsis salutem in Domino sempiternam. Consideravimus quod cultus Divinus & honor ecclesie Aboënsis fuerat non modicum diminutus ex eo, quod *Episcopi Aboënses qui pro tempore fuerant, ad ecclesiam accesserant nimis raro*, quia prope ecclesiam ubi diverterent ad morandum, non erat eis locus. Unde nos, ad supplendum hunc defectum, villam dictam *Keris* acquisivimus, partim pecunia, partim permutatione colonie que erat fabricæ ecclesie cathedralis, *Makastada* dictæ, pro commodo & requiectione nostra nostrorumque successorum. Ne igitur ecclesia per alienacionem colonie memorate suis redditibus defraudetur, bona *Lewelax* dicta, in parrochia *Pemaren*, cum omnibus adjacenciis *obtenta pro patrimonio nostro*, titulo permutationis de *Pawals-bothum parrochie Bålingh*, dimittimus eidem ecclesie loco colonie sepedictæ, quam *aliam* avimus, ut superius est expressum, Etc."

dignitatis ornamento, mox post susceptum munus a.º
1340, Capitulum sive Collegium Canonorum amplifi-
casse, Diploma confirmat quo eandem *Elavo* primo Præ-
posito (Archipræposito) demandavit, quodque hic sub-
jungimus (150). Quam institutionem, si ut auctor noster

K k ha-

(150) "*Hemingus* Dei gracia Episcopus Aboensis, honorabili vi-
ro ac dilecto in Christo filio, Domino *Elavo*, Canonico ibidem, sin-
ceram in Domino dilectionem cum salute. Mandata celestia effica-
cius gerimus, si nostra cum fratribus onera participamur. Proinde
(cum?) *Divina dispositione ad curam Pastoralis officii Ecclesie Aboensis voca-*
ti, repperimus numerum Canonorum per predecesores nostros, pro-
ut possibile fuerat, competenter instauratum, Nos Divini nominis cul-
tum ampliare, Preposituram unam, consenciente ymo instanter (ur-
gente) venerabili Capitulo nostro, de novo creavimus in Ecclesia no-
stra Aboensi memorata, tum propter ipsius ecclesie honorem ampli-
andum, tum propter ecclesiastica ministeria disponenda, tum propter
curas & sollicitudines nostras & successorum nostrorum, qui pro tem-
pore fuerint, ut premittitur relevandas. Prepositus namque, maxime
ubi Archidiaconus non est, auris Episcopi est esse debet, ut cun-
cta ad Episcopum referat, nec contra ejus decretum aliquid ordinare
presumat, sed ejus jussionibus studeat in omnibus obedire. Nos igi-
tur de vestra persona, quam veneranda canicies, sollers prudencia,
& labores quam plurimi pro ecclesia sepius consumpti, non medio-
criter commendant, noticiam plenam habentes, & laudabilem memo-
riam pro tempore nostro, postquam ad Finlandiam venimus, memori-
ter retinentes, vobis prefatam Preposituram conferimus per presentes,
dantes & assignantes vobis curam & administracionem in spiritualibus
& temporalibus, in nomine Sancte Trinitatis & individue Unitatis;
& quia prebenda quam simul Canonicus habuistis, non sufficit ad
collate vobis predictæ dignitatis onera supportanda, prebendam illam
& prebendam *Nouisensem* nunc vacantem in simul uniendo colliga-
cione perpetua combinamus, quam sic unitam vobis & vestris succes-
soribus deputamus, annexentes eidem ecclesiis curatas *Refa*, *Santa-*
mala" [nisi nomen hoc corruptum est pro *Santa Maria*, quænam ex-
istimari Ecclesia debeat, nescio; pagus quidem *Sondamala* in parce-
cia *Nouis* habetur, sed nimis prope ad templum *Nouisense*, quam
ut ibi Ecclesiam quærere aliam possimus?] "& *Lundis*, cum cappellis
carundem, in quibus posuimus perpetuos vicarios, qui curam exer-



habet, anno fecit Pontificatus sui secundo, a quidem jam 1339
ad

cent animarum, congruamque percipiunt porcionem, prout in eorum
“litteris patentibus clarius continetur: ceteris omnibus obvencionibus,
“quocunque nomine censeantur, vobis & vestris successoribus cedenti-
“bus, jure perpetuo duraturis. In cujus ordinationis & collacionis e-
“videnciam sigillum nostrum & sigillum Capituli nostri presentibus sunt
“appensa. Actum & datum Abo anno MCCCXL, Dominica proxima
“ante nativitatem beate & gloriose Virginis Marie”. *Reg. Eccl. Ab.* Fol. 259.

Brevi post nactam dignitatem Episcopalem, Hemmingum hoc per-
fecisse institutum, vel ex verbis colligi potest hujus Diplomatis. An-
diu ante electionem suam, hic in Finlandia degerit, definire non va-
lemus; recens tamen fuisse advena non videtur? Voluisse nova dignita-
te instituenda simul *Elavo* Canonico (Collegii Seniori?) gratificari,
improbabile non putamus. Spiritu Hierarchie vehementer elatum fuis-
se, hæ litteræ, ut tota vita sua, satis docent.

Elavum illum, primum Præpositum Aboënsē, anno jam 1320
Canonicum fuisse, plures quæ in *Reg. Eccles. Aboënsis* occurrunt lite-
ræ testantur; quumque *Elavus de Resja* semper ferè vocetur, *Resjoënsis*
ecclesiæ simul fuisse Curatum (vel Pastorem), credas? Aliam quandam
Præbendam (an curam Ecclesiæ Urbicæ Aboënsis? cujus *Curatum &*
Sacristam Dn. *Henricum* a. 1325 commemorari, in *Reg. Eccl. Ab.* Fol.
103 reperimus) jam habuisse, verba allati indicare videntur Diploma-
tis; unde simul discere licet, quænam parocia Archipræposituræ essent
olim annexæ; inter quas parociam *Masku* non occurrere, mirum videri
queat? *Elavum* Præpositum, post a. 1344 *Reg. Eccl. Ab.* non nomi-
nat; sed neque aliquem successorem suum ante a. 1355, cognoscimus.
Ipsum vero bona sua *Sexu* dicta, Regis nomine sibi, ex silva deserta
colenda non diu ante data, Ecclesiæ Cathedrali donasse, supra docui-
mus; literas Ep. *Hemmingi* illam suam liberalitatem approbantis, nunc
subjungimus. “Omnibus presens scriptum cernentibus *Hemingus*, Dei
“gracia Episcopus Aboënsis, salutem in Domino sempiternam. Noveri-
“tis, quod in presenciam nostram & Capituli nostri propter hoc constitu-
“tus honorabilis vir Dominus *Elavus*, Prepositus Aboënsis, bona sua
“propria *Sexu* nominata, infra limites capelle *Rusko* sita, de novo ex
“silvis culta per eum, & ex donacione Regis ad eum devoluta, de sua
“mera liberalitate, in suorum remissionem peccatorum contulit fabricæ
“Ecclesiæ Cathedralis in Abo jure perpetuo possidenda, cum omni ju-
“ris integritate, claris & legalibus limitibus limitata; proviso quod ut

ad fastigium Episcopale erectus fuerit, necesse est
(151).

Canonicum, ante quam hac augetur dignitate, non
solum Aboënsis (152), sed etiam Upsaliensem, *Hem-*
mingum nostrum fuisse, MESSENIUS auctore (153) recentio-

K k 2

res

“na marea denariorum usualium de censu exinde annuatim derivando
“distribuat singulis annis Clericis de choro” [unus itaque tantum ha-
“ctenus fuisse videtur?] “qui intererint vigiliæ & missæ anniversariæ
“sui, quod post mortem suam instituit & postulavit fieri singulis an-
“nis certa die. Exinde siquidem Domino Elavo nobis existit supplica-
“tum, quatenus Decimas dictorum novalium eidem fabrice donare di-
“gnaremur; maxime cum eidem capelle Rusko ex alienacione tantilla-
“rum decimarum, cum consensu ymo instancia potius defensorum ec-
“clesiæ facta, nullum vel modicum prejudicium generetur; Nos igitur
“profectum ecclesiæ nostre Cathedralis in hoc casu cum dicto Domino
“Elavo pio complectentes amoris affectu, suis iustis precibus excitato,
“omnes tantum decimas prediales annuatim provenientes de novalibus
“antefatis ipsi fabrice Cathedralis ecclesiæ, ut predicatur, Aboënsis,
“propter notam ejus indigenciam, donare curavimus perpetuo possi-
“dendas, dictam suam donacionem & ordinationem in premissis &
“quolibet premissorum perpetuo tempore volentes observari, ac super
“ordinationibus hujusmodi, *yconomi* qui pro tempore fuerit, conscien-
“tiam onerantes. In quorum omnium evidenciam, sigillum nostrum
“cum sigillo Capituli nostri presentibus sunt appensa. Actum & datum
“anno Domini MCCCXL, in festo natiuitatis beate & gloriose virgi-
“nis Mariæ”. *Regist. Eccles. Ab.* Fol. 98.

(151) Non post a. 1340 ut noster, nec a. 1341, ut MESSENIUS
habet (*Scond.* T. III p. 9, T. X p. 15, T. XV p. 57); qui annum
institutz Præpositutz 1353, *ibid.* p. 16 male constituit.

(152) Inter Canonicos Aboënses hujus temporis occurrit *Hemmin-*
gus quidam, a. 1329 (*Reg. Eccl. Ab.* Fol. 134) & a. 1330 (*Ib.* Fol.
142): utrum vero idem sit qui postea factus fuit Episcopus? definire
minime valemus.

(153) *Chron. Episc.* p. 108; *Chron. Rhythm. Finl.* p. 29.

res tradunt (154); qua de re nobis quidem parum constat (155).

De studiis, moribus aliisque ornamentis suis, quibus jam ante adeptam dignitatem Episcopalem eminuisse, benigne ac liberaliter narrant MESSENIUS (156), VASTOVIUS (157), & RHYZELIUS (158), nihil habemus quod afferamus.

Ecclesiam Parochianam (159) Stockbolmensem in qua consecratus fuit, MESSENIUS recte explicat ad eam Divi Nicolai (160).

Indi-

(154) VASTOVIUS *Vit. Aquil.* in vita *S. Hemmingi*, p. 89 (Ed. Benz.); SPEGEL *Sw. Ryfo-Hist.* II. D. p. 390; RHYZELIUS *Episcop.* p. 331, qui primum Upsalix, deinde Aboæ factum fuisse Canonicum, sciunt.

(155) Cfr. quæ monet Ill. LAGERBRING *Sw. R. Hist.* III. D. C. 8, §. 16, p. 653.

(156) *Scand. T.* IX, C. VII, p. 43; & in *Chron. Episc.* in vita *Hemmingi*.

(157) L. c. Cui in sancto viro celebrando suis non licuit deesse partibus; quamobrem virtuti ejus vere monachalem tribuit formam, circumstantisque laudem ejus ornat neque maxime verisimilibus, neque probabilibus. Fidem ejus nos in medio relinquimus. Quod autem ibidem narrat de facta ei cælesti revelatione, qua tempus nativitatis Divæ Birgittæ cognovit, per errorem ad *Hemmingum* ab eo referri, cum de *Benedicto* antecessore suo olim narratum sit, supra observavimus. Quum tamen de *Benedicti* apotheosi nulla esset quæstio; æquum sine dubio fuit, ut hic illustriori successori suo revelationis adeo præclaræ laudem cederet, in sanctorum numerum cooptando! cui consilio e-logia *Hemmingo* nostro impertita, valde accommodata fuisse, nemo non videt.

(158) L. c.

(159) Ita (non *Parochiani*) Codices MSS. duo habent recte quos postea licuit mihi consulere, ætatis licet recentioris; quorum alter in *R. Bibliotheca Stockholmensi* asservatur, alterum *Ampl. Secretarius SIGFR. L. GAHM* possidet.

(160) *Chron. Episcop.* I, c.

Indicem Librorum illorum *Theologiae & Juris Canonici multorum & preciosorum*, quos Ecclesiae suae dedit, ex *Registro Eccl. Ab.* descriptum exhibemus in *Hist. Bibliothecae R. Academiae Aboënsis* (p. 15 sq.), adeoque hic non adponimus: fieri inde commode judicium potest, de conditione Bibliothecarum quas eo tempore Antistites Ecclesiae, qui praeter ceteris eruditionis studio ducerentur, possidebant.

De praediis ab eo Mensae Episcopali Aboënsi acquisitis, quaedam supra annotavimus (161); reliqua, quae

K k 3

(161) P. 15 sq. Et de praedio *Keris* (Kairis) mensae Episcopali donato, p. 252, not. (149): quam donationem factam literasque scriptas esse a. 1345 vel 1346, facile fuerit docere. Partem enim praedii (*XVI talenta in agris, pratum vero X plaustrorum*) a. 1344; die b. Petri martiris a *Matthia* dicto *Skalgi*, cive Aboënsi, pro CC marchis *Suevorum denariorum usualium* emerat, ut litera venditionis, a. 1345, feria sexta proxima post *Ambrosii* scripta, & in *Registro Eccles. Aboënsis* Fol. 117 sq. conservata, indicant; ubi etiam comparet *Litera Libertatis* (*Grålse-Bref*), huic eidem praedio, Ecclesiae Aboënsi jam tum donato, *Stockholmis* a. 1346, crastino b. *Marie Magdalene* a Rege *MAGNO* liberaliter impertita, in qua dicit Rex: "Igitur tenore presentium constare volumus universis, tam presentibus quam futuris, quod nos bona dicta *Keris*, in Parrochia *Nummis*, Dyocesis Aboënsis, per venerabilem patrem Dominum *Hemmingum*, Divina misericordia Episcopum ibidem, debite, iuste & legaliter acquisita, & ad usus honorumque ecclesie sue Aboënsis predictae pia consideratione collata, cum eorum honorum adjacentium universis, nullis penitus exceptis, quocunque nomine censeantur, familiisque & personis in iisdem bonis commorantibus, sub nostram protectionem recipimus, in tutela gratiam specialem dantes, concedentes & tenore presentium declarantes bona predicta, cum familiis & personis in eisdem existentibus, ab omnibus exhibitionibus, impositionibus & aliis solutionibus quibuscunque, ordinariis aut extraordinariis, juri nostro Regio debitis, etiam si generale subsidium de toto regno requiri, aut expeditionem nostram generaliter evocari contingat, libera penitus & exempta; &c."

quidem digna commemoratione judicamus, in subjectam notam conjicimus (162).

De

(162) *Medelby* quod prædium in parœcia *Korpo* quærendum esse supra (p. 15.) conjecimus, postea in Uplandiæ parœcia *Solna* situm fuisse, reperimus. Exstat enim in *Reg. Eccles. Aboëns.* fol. 155, sententia judicialis R. MAGNI, *Stockholmis a. 1354, feria quarta infra octavas ascensionis Domini, sub sigillo nostro ad causas lata*, quæ “unam marcã terre in *Medelby Parrochia Solnò Upsalensis Dyoecesis, cum domibus, agris, pratibus, pascuis, silvis, nemoribus, piscariis, molendinis & molendinorum locis, agris jam seminatis & aliis quibuscunque eorundem bonorum pertinentiis, infra sepes & extra, quocunque nomine censeantur, Domino Hemmingo -- Episcopo Aboënsi, qui nunc est, vel qui pro tempore fuerit,” adjudicat, “ad ipsum Dominum Aboensem per discretos viros Hincechinum Wipperfördh, Andream Jonisfön & Petrum Westman, empicionis & vendicionis titulo, videlicet pro quadringentis quinquaginta march denariis antique monete Suevice devolutum.” Idem prædium (in quod propinqui ac hæredes quidam venditorum, juri suo omni, literis datis renunciabant, (ibidem Fol. 155 & 156 reperiundis) libertate mox Rex donavit, literis Folio ejusdem Libri 155 exhibitis. Sed postea Villæ Regiæ (*Ladugården*) prope Stockholmiã, subjectum fuisse, aliis hic in Finlandia sitis prædiis ecclesiæ Aboënsi, permutationis jure tributis, infra docebitur.*

Jånesaari (hodie prædium equestre, *Rusthåll*) in *Hirvisalo* insula situm, Episcopus noster a. 1347 a *Göbolino Lou cive Aboënsi, pro centum quadraginta marchis Sueve monete tunc currentis*, emerat, ut literæ venditionis in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 99 exstantes, testantur.

Forsby, in parœcia *Kumo*, Episc. *Hemingus* a. 1355 ab *Andrea dicto Van* (suspicio ipsi cognomen hic excidisse?) *Cive in Hulsby* emisse reperitur. Vid. *Regist. Eccles. Ab.* Fol. 109.

Quod alios plures (colonos) Episcopus noster acquisivisse præterea dicitur, h. e. mentæ Episcopi comparasse, testimonio *Registri Eccl. Aboënsis* illud quoque confirmatur; ubi insulam quandam dictam *Præstb* in parœcia *Haliko*, & bona illa in *Nybygd* de quibus supra p. 221 sq. not (98) commemoravimus, ejus opera comparata fuisse, reperimus; cfr. l. c. Fol. 130. Etc. Curiam quoque *Kumo* (*Kumo-Gård*) prope *Forsby* ad Episcopum nostrum pertinuisse, ex literis ibid. Fol. 109 assertis discimus, ac piscaturam in *Lanmaïs* (fluvii *Cumoënsis* catara-

De cæteris ornamentis quibus ecclesiam ditasse & condecorasse Aboënsē dicitur, præter ea quæ Auctor noster habet, (a quo sua recentiores hauserunt), nihil scimus (163).

Alio-

sta & gurgite nobili) quæ postea diu mensæ subsuit Episcopali, ejus opera acquisitam huic fuisse, verisimile est; in qua jus suum tribus literis, cum a Rege Magno tum a Berone Legifero datis a. 1347 & 1348, communicandum curavit, ibid. Fol. 108 & 109 (nec non 164) extantibus.

(163) *Mitra & Baculus* in Ecclesia Cathedrali adhuc asservantur; eadem vero esse quæ b. *Hemmingus* olim donavit, asserere haud audemus. Quod in ornamentis quibus illam ditavit, quæque sua pecunia ex oris exteris emisse dicit, eximias etiam vestes sacerdotales (Casulam &c.), förträffelig måfestrud, apud RHYZELIUM l. c. fuisse legimus, suæ sine dubio interpretationi debemus; veteres enim nominatim non recensent. Præterea ecclesie prædia quoque nonnulla donasse, reperitur. In cujus rei confirmationem sequentes subjungimus literas: "Universis presentes litteras inspecturis *Hemmingus*, Divina misericordione. Episcopus Aboënsis, salutem in Domino sempiternam." (Deest sine dubio aliquid; *Noveritis* vel tale verbum). "Quod nos omnia bona in *Keris* juxta Abo sita, per nos partim acquisita emptione, partim pro nostro patrimonio, contuleramus, *menſe Episcopali* perpetuo possidenda, bona vero *Kowris* vulgariter nuncupata (in parocchia *Maſſo*) deputamus perpetuo fabricæ Ecclesie Aboënsis: tali tamen conditione, quod successores nostri & capitulum permittant, *Petrum Nichilſon* (*Michilſon*?) & heredes suos bona quædam *Ówrahy* dicta, in Parrocchia *Kirkioſlâth*, quæ sibi contuleramus, perpetuis temporibus possidere, & de ipsis ordinare pro sue libito voluntatis. In quorum collacionis, deputacionis, possessionis & ordinacionis evidenciam, sigillum nostrum & sigillum Capituli Aboënsis presentibus sunt appensa. Actum & datum apud Ecclesiam Nummis anno Domini Milleſimo tricentesimo quinquagesimo primo, in crastino Vincentii martiris." Vid. *Regiſtr. Eccles. Aboëns.* Fol. 118; cfr. ib. Fol. 104, & fol. 145, quæ posteriora loca docent, prædium *Ówrahy*, quod olim ad Dn. *Ernvaſt*, Curatum in *Kyrkslât* pertinuerat, post ejus mortem, hæredibus suis consentientibus, celsisse fabricæ (*Byggnads-fonden*) ecclesie Aboënsis, sed ejus loco Episcopum substituisse prædium *Kowris* (ut proprium) quod sibi ipse acquisiverat.



Aliorum quoque liberalitate bona Ecclesie Cathedralis, hujus tempore Episcopi, nec omnino sine ejus studio & opera, insignibus aucta fuisse accessionibus, literarum quae supersunt non paucæ, fidem faciunt (164). Em-
ta

(164) Sic ex donatione *Winichini*, Canonici quondam Aboensis, consensiente fratre suo *Henrico* etiam ejusdem Ecclesie quondam Canonico, & confirmantibus *Dethmaro* Curato in Berna atque *Jacobo Diakn* (hæredibus, ut videtur suis), quorum literæ extant, datæ a. 1343, 21 die mensis Februarii, cesserunt Ecclesie Cathedrali bona dicta *Trulszhuwt*, sita in parrochia *Thenala*, nec non bona dicta *Brusaby* & *Myöfunda* in parrochia *Kymitto*. Vid. Reg. Eccl. Ab. Fol. 123; cfr. ib. Fol. 134. Ex testamento *Henrici Johannis Fabri*, Aboensis Diocesis presbyteri, facta a. 1344 in vigilia b. Thomæ Apostoli, eadem ecclesia acquisivit prædia in insulis dictis *Linitha* & *Vesikoshi*, ib. Fol. 104. Ex donatione *Årengissonis Thureson* (facta *Viborgh.* a. Dni 1351, crastino post diem *Jacobi Apostoli*), accessit prædium *Lillioki* in parochia *Lundo*, altari b. Virginis proprie collatum; ib. Fol. 124. Ex donatione *Gummonis dicti Sadhlamestare* & uxoris ejus *Cicilie*, heredes proximas non habentium, bona sua in *Villa Våjundæ*, parrochia *Hattula* situata, a. 1357, die b. *Georgii martiris*, eadem accepit ecclesia; Ibid. fol. 151. Ex donatione *Birgeri*, Curati altaris beate Virginis in *Abo*, Provisorisque scolarium ibidem, a. 1359 in nativitate ejusdem gloriose Virginis, adepta fuit bona in villa dicta *Skuru*, parrochie *Poya*, in *Nylandia* sita; Ibid. Fol. 144. Regis præterea MAGNI liberalitate, Ecclesiam Cathedrali bona quadam acquisivisse, quæ ad *Holmgerum* (s. *Holingerum*), Legiferum nescio cujus Provincie, pertinuerant, sed ob gravia sua (nescio quæ) delicta, fisco adjudicata fuerant, reperimus; quæ in *Korosum* s. *Korusum* sita fuisse, inscriptio literis Regiis in *Registro Aboensi* præmissa, significat, his verbis concepta: *Littera libertatis, super bona in korosum, propter delictum Holmgeri Lagman acquisita*. Prædium significari *Korois* credas, quod etiamnum mente subjacet Episcopali? sed longe antea ad Episcopos pertinuisse, sequentes demonstrant literæ. "Omnibus presentes literas inspecturis Magnus "Divina miseratione Episcopus Aboensis salutem in Domino sempiternam. Cum propter labilem hominum memoriam ea quæ diu exco- "gitata & acta sunt, faciliter traduntur oblivioni, nisi literarum testi- "monio fuerint confirmata; idcirco notum facimus universis, quatenus "nos ex consensu Capituli nostri cum Olavo presencium exhibitore,

ta etiam in ecclesiæ hujus usum prædia fuisse reperi-
 L 1 mus

“quandam commutationem terre feceramus, sub hac conditione: quod
 “dedimus medietatem agrorum nostrorum cultorum in *Rånthåmåki*,
 “medietate illorum, cum omnibus aliis vulgariter dictis Lindhum ad
 “usum nostrum & Ecclesie retenta & reservata; de eodem vero Olavo
 “omnes agros suos in *kurusum*, cum ceteris aliis minus curatis, & cum
 “quodam alio spacio terre vulgariter dicto Löt, ad perpetuam Ecclesie
 “nostre possessionem recipientes. In cujus facti testimonium firmius &
 “perpetuam ratificationem, Sigillum nostrum, una cum sigillo Capitu-
 “li nostri, presentibus est appensum. Datum anno Domini MCCCIII:º
 “in vigilia Pasce”. Extant in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 120. Literas nu-
 “per commemoratas R. MAGNI etiam subjicimus: “Omnibus presentes
 “literas visuris Magnus, Dei gracia Svecie, Norvegie & Scanie Rex,
 “f. i. D. f. Cum bona quolibet pro delictorum emendis per delinquen-
 “tes quoslibet fisco nostro Regio legitime persoluta, redimi redem-
 “cione, vulgariter dicta Byrdabudh, fisco nolente nequaquam valeant
 “vel co-sueverint per delinquencium heredes, seu alios quoslibet suc-
 “cessores, Isque qui in jus alterius succedit eodem cum ipso jure seu
 “privilegio uti debeat & gaudere; tenore presentium decrevimus &
 “etiam declaravimus, prædia seu bona per *Holmgerum Lagman* eccle-
 “sie Aboensii ex nostra donacione pro *suis delictis gravibus exsoluta*,
 “nequaquam per quemvis suum heredem vel successorem posse pe-
 “cunia vel aliis rebus redimi, nisi quatenus ex ipsius ecclesie & pre-
 “latorum suorum beneplacito processerit & consensu. Datum Ludofie,
 “sub Sigillo nostro, anno Domini MCCCL primo, decima die mensis
 “Octobris.” Quas Patris literas Rex ERICUS, suis confirmasse, iisdem
 “adjectis, reperitur, dat. in *Castro Aboensi* anno Domini MCCCLVII:º
 “in profesto *nativitatis beate Virginis*. Fol. eod. Quia utrarumque ta-
 “men harum literarum exemplum literis illis Episcopi Magni in veteri
 “libro proxime adjunctum reperitur; existimari debet, prædium *Korois*,
 “ut erant olim in minutas particulas agri divisi, non totum ad Eccle-
 “siam sive Episcopum pertinuisse, antequam *Hemmingi* nostri studio re-
 “liquæ etiam partes Regia liberalitate adjicerentur? Verum sic quoque
 “turbat nos schedula, ibidem Folio 131 & sequente inserta (hanc in-
 “scriptionem præferens: *Nota de Kårkis*), cujus exemplum tale est: “No-
 “verint universi, quod nos *Hemmingus*, Divina misericordione Episco-
 “pus Aboensis, constituimus reverendos viros Dominum *Henricum*, Pres-
 “positum Aboensem, *Mathiam Kogh*, Legiferum, & *Johannem Ps-*

mus (165); quæ nec Pontificiæ benignitatis documentis

“dherfon, Prefectum in Kuusto, nostros legitimos procuratores in solidum, ad faciendum nostro nomine quandam permutacionem bonorum Holingeri Lagman in kurasum (Korosum?) & bonorum Ecclesie Cathedralis in Kerkis, perpetuo duraturam; ratum & gratum habituri quicquid per eos factum fuerit in premissis. Datum sub sigillo nostro, anno D:ni MCCCLVI, in profesto sancti Petri ad vincula.” Accepisse quoque Ecclesiam Cathedralē prædium aliquod ex testamento Torstani Curati Ecclesie Viborgh, certum habemus; cujus testamenti exemplum, quod alio loco accurate typis exscribendum curavimus (Sihang til Tidn. urg. af et. Sällskap i Åbo, 1785, p. 25 sq), hic repetere opus non est.

(165) Argumenti loco, atque aliis etiam nominibus, sequentes litteras subjungimus: “Jak Narvo Ingvialson, Riddare, Fogete j Finlande, kânes met thesso opno breffue, oc gör jac thet allom mannom viterlikt, badhe thôm nw lifua oc thôm som âpter koma, at jac hafuer lateth Domkirkionne ij Abo för sin lefther rogh, som jac henne giâldskillogher var, oc lâsthen tha galt fâmpthan marker peninga, alt thet godz jac aatthe ij Borgaa Sokn ij Metho, oc swa alt thet godz jak sick aff Olaff Thâdekomagh, oc swa alt thet godz jac aatthe ij Perno sokn, thet hafuer jak henne lathet oc wnth til âverdeliga âgho; affhândher jak mik oc minom arvingiom thôm godzen, oc âgnar the forefagdo Kirkio, met allom tillaghom, skoghom, vatnom, ângiom, âkrom, når âller fiârre, ângom undantaghom ther thôm tilligger âller hafuer tillgath: oc hwat godzen bâtrâ âru ân Roghen, thet vare sancto Henrico til hedher giort ok giffuet, oc minne sâl til nadha ok aflösum minna synda, hvat thet hâldher âr ij rôrlikom stykkiom âller orôrelikom, tha vare the sama kirkia âverdelik âghande at thôm sama godzom, oqualdom fore mik âller nokrom minom arvingiom âller âptherkomandom. Ath thet swa myklo visfare ok fastare fe, ok til vithnisbyrdh, tha hângher jak mith incigle fore thetta breff, ok met nikt Pâdher Flôriczson (an. Rôriksfon?), Vilikin Domare, Ulphard aff Kwsto, Hannus Kôlnare, Gôzôka Pren, ok Hannus Kamen, Borgamestare ij Abo, therâ incigle fore sâthia. Scriptum in Castro Aboensianno Domini MCCCLX. terciô, Dominica Trinitatis.” Reg. Eccles. Aboënsis Fol. 145.

tis caruit, Indulgentiis amplissimis (166) a Papa Innocentio VI a. 1353 aucta.

Hierarchia vero constituenda atque stabilienda consilia, ab antecessoribus suis concepta, nostrum strenue magnoque successu fuisse persecutum, multis documentis evincitur; quo fere trahenda est laus a Rev. RHYZEMIO ei impetrata, toto quo regimini Dioceseos præfuit tempore, diligenter & feliciter omnia quæ ad honorem & commodum illius pertinere sciret, promovisse; quomodo scilicet de Episcopo Ecclesiæ Pontificiæ, quem ut albo Divorum adscriberetur meruisse sui judicabant, existimare decet. Itaque de Cleri redditibus juribusque stabilendis & augendis, vehementer sollicitum fuisse, reperimus. Qua de re testantur edicta quibus pendendarum accurate Decimarum officium incolis cum Careliæ tum Ostrobotniæ septentrionalis, una cum R. MAGNO inculcavit (167); literæ quibus tam portionem cibariam

L 1 2

(Mat-

(166) CXL dierum dieit Nöbil. A CELSE, qui hujus Bullæ meminit, (*Apparat. ad Hist. Sveo-Goth. Sect. I. p. 125*); longe vero uberiores exemplum promittit quod in *Registro Eccl. Aboënsis* Fol. 66 habetur, nempe unius anni & quadraginta dierum. His scilicet verbis literas suas finit Pontifex: "Omnibus vere penitentibus & confessis, qui in *nativitatis, epyphanie, cene, resurrectionis & ascensionis Domini, pentecostes ac in quatuor principalibus beate Marie Virginis, nativitatis beati Johannis baptiste, sancti Henrici martiris, cujus ipsa est ecclesia vocabulo insignita, ac celebritate omnium Sanctorum, & anniversariis dedicacionis ejusdem ecclesie, prefatam ecclesiam devöte visitaverint annuatim, unum annum & quadraginta dies de injunctis eis penitentiis, singulis videlicet festivitatum celebritatis & dedicacionis ipsarum diebus, quibus ecclesiam ipsam visitaverint, ut prefertur, misericorditer relaxamus. Datum Avenione III ydum Novembris, Pontificatus nostri anno primo."*

(167) Edictum utrumque, a R. MAGNO & Episcopo Hemmingo conjunctim promulgatum, quale legitur in *Registro Eccl. Aboënsis* Fol. 57 -- 60, (ubi Episcopum Conradum Bitz a. 1470 & 1478 eorum

(Matfott) quam Decimas accurate & tempestive exhiben-

dem exempla sua cura descripta suoque testimonio munita & ad incollas utriusque provinciae missa, sua de novo confirmasse auctoritate videmus) typis diligenter exscriptum alibi dedimus (Tibn. utg. af et Sällskap i Åbo 1785 N:o 11 & N:o 12; cfr. Bihang p. 74 sqq.). Quod vero haec edicta exarata esse in subscriptione proditur Stockholm agrum epter Herrans. byrd. *MCCCXXXV* pa Warfua dag *nativitatis* (d. 8. Septembris), manifesto tribuendum est mendio; eo enim anno *Hemmingum* sedem Episcopalem nondum occupasse, sed Episc. *Benedictum* anno adhuc 1338 vixisse, supra docuimus (cfr. p. 224. not. & p. 250 sq.). Aut igitur in Episcopi nomine erratum fuit, atque *Heningi* pro *Benedicti* irrepsit, (quod eo facilius credi potest, cum saepe non nisi primam nominis literam, B, aut H., in exemplis edictorum & literarum exprimere, moris olim fuisse, artis Diplomaticae peritis notissimum sit); quo facto non ad hunc Episcopum, sed ad antecessorem suum *Benedictum*, haec edicta referri debeant? aut in anni nota, numeris in exemplo utroque expressa, error a librario commissus fuit; quod contingere facillime potuisse, ita ut ex. gr. *MCCCXXXV* pro *MCCCXXXXV* (1335 pro 1345) male jam legatur, nemo negare potest, in his rebus non plane hospes? Posterior ratio nobis verisimilior videtur; quod post procuratas jam a. 1329 a *Benedicto* Episcopo literas Regias, quibus Decimarum accurate pendendarum officium incolis earundem harum provinciarum fuit impositum, (cfr. supra p. 230 sqq. not. 106 & 108) minus videtur necessarium fuisse, ut sexennio post idem rursus reiteretur mandatum; quod novum Episcopum renovandum & diligentius explanandum curasse, potius credas? Ulcus hoc loco esse, *MESSENIUS* jam vidit: quare Tomo quidem X *Schondia* suae (p. 15.) anno 1335 scripta fuisse haec edicta ait, ideoque ad tempora sedentis Episcopi *Benedicti* refert (nomine tamen ejus non expresso), sed Tomo III p. 9, Episcopo *Hemmingo* illud de Ostrobotnensium Decimis tribuens, anno demum 1341 fuisse promulgatum (ex conjectura putamus?), docet; alterum autem (quo admonitos fuisse dicit Carelos ceu Neophytos in fide Catholica, constantiae in suscepta nuper religione & decimarum fideliter Deo solvendarum), adhuc serius, a. 1347, scriptum afferit, ib. p. 16, & *Chron. Rhythm. Finl.* p. 30. Idem, primum edictum a R. Magno & Episc. *Benedicto* ad Ostrobotnenses de re eadem missum quod a. 1329 fuisse exaratum, nostrum exemplum (in *Reg. Eccles. Ab.* reperiendum) ostendit, ad annum sequentem (1339) *ibid.* T. X, p. 14, (ex errore, ut videtur), refert.



Bendas severe sapiusque Nylandiæ incolis mandavit (168),
L 1 3 alix-

(168) Apud hos enim maxime, (ut & reliquos colonos *Suecicos*)
 de quantitate hujus tributi turbas atque lites existisse, ex documentis
 supra (p. 129, not. 56) allatis, pater. Literas ipsas Episcopi subjun-
 gimus: "*Hemingus* Divina miseratione Episcopus Aboensis, discretis &
 "dilectis in Christo universis & singulis Clero & Populo *Nylandiam*
 "inhabitantibus in jure *Helsingonico*, in Domino dilectionem & salu-
 "tem. Relatum est nobis per homines fide dignos, quod olim orta
 "contencione inter Clericos & Laycos super *Mathskuth*, quod in re-
 "bus *diversis* exhibebatur, videlicet in pane, carnibus siccis, piscibus &
 "butiro: nam habentibus aliquid istorum, alia defecerunt, & inde ve-
 "xationem non modicam per suspensionis & interdicti & excommunica-
 "cionis sententiam pertulerunt, Diffinitum erat per Episcopum qui tunc
 "erat, ex communi consensu cleri & populi, X marchas butiri predi-
 "corum rerum diversarum (loco?) fore annuatim a quolibet rustico
 "exhibendas. Cum igitur similis controversia, prohi dolor, nunc subor-
 "ta consimili remedio dinoscitur indigere, Decernimus illas X marchas
 "butiri nunc sicut prius, loco *Mathskuth*, fore sine contradiccione qua-
 "libet exhibendas, non obstante quod Dominus noster Rex per malivo-
 "los pacis emulos informatus, se verbaliter de isto negotio aliquantu-
 "lum intromisit, non sententiando, cum hoc non potuit, eo quod laycis
 "quamvis religiosi, disponendi de rebus ecclesie nulla attributa sit pote-
 "stas, quos obsequendi astringit necessitas, non auctoritas imperandi;
 "neque Dominus noster Archiepiscopus in presenti negotio aliquid im-
 "mutavit, ad quem super talibus pertinet immutacio facienda, nisi pre-
 "scriptio legitima Clericos defensaret, a qua defensione consulimus &
 "precipimus eos nunquam recedere, si velint penam debitam dilapidato-
 "ribus & jus ecclesiasticum negligentibus (constitutam?) evitare. Id-
 "circo de omnibus & singulis jam restantibus nunc & deinceps in fu-
 "turum Vos Clerici predictum *Matshot* in butiro exigatis, contumaces
 "per Censuram Ecclesiasticam compellendo, & vos layci hoc devote &
 "fideliter exhibere curetis, non curantes consilia malivolorum, vobis
 "pocius vexaciones atque dampna quam utilitates & profectus (con-
 "trahentia?). In Christo valete. Datum & difinitum ymo pocius in-
 "formatum, anno Domini MCCCXLIX, in octava Apostolorum Petri
 "& Pauli, nostro sub sigillo." *Regist. Eccles. Ab.* Fol. 10. sq. Quas li-
 "teras aliis postea confirmavit & porro inculcavit, hujus exempli: "Vos
 "omnes & singulos in Christo dilectos *Nylandie* commorantes, saluta-

nb
192

X

X

X

V

aliæque non minoris severitatis, Sigurdo Canonico Abo-
en-

"mus in eodem Domino Iesu Christo: & quia post informacionem vo-
 "bis per nos factam acquivistis sanis nostris consiliis, ymo verius pre-
 "ceptis Dei, dicentis in Evangelio: reddite que sunt Regi Regi, &
 "que sunt Dei Deo; justum est, ut hec premissa & promissa efficaciter
 "impleantur. Volumus igitur & mandamus, quatenus *Mathskuth Decem*
 X "*marcarum butiri, vel earum valor, una cum aliis minutis obventioni-*
 "bus restantibus exhibeatur sacerdotibus infra festum sancti Henrici pro-
 "xime nunc futurum: Decime vero tam ecclesie quam sacerdotales infra
 "festum purificationis nunc proximum integraliter deferantur ad eccle-
 "siam, sub clavibus tutorum & presbiteri reponende. Alioquin con-
 "tumaces singuli erunt rei in tribus marcis & exclusi ab ecclesie limi-
 X "bus, donec fecerint quod tenentur. Quicumque vero temerarie presum-
 "pserit auctoritate propria suas decimas usurpare sibi titulo empicionis
 "vel quovis alio modo, ad Ecclesias non delatas & repositas, ut est
 "dictum, tanquam raptor utique puniendus & exclusus ab ecclesie limi-
 "nibus donec satisfactione premissa fecerit quod tenetur. Dominus vero
 X "*Johannes de Tenaltia*, Canonicus Aboensis, assumpto secum Domino
 "*Remboldo de Karis* habeat provisionem hoc anno medietatis Decima-
 "*rum sancto Henrico debitaram, & satisfaciat fabricæ Ecclesie Aboen-*
 "*sis.* In Christo valete. Scriptum Borghaa anno Domini MCCCLX se-
 "cundo, sabbatho infra octavas epyphanie, nostro sub secreto." *Ib.* Fol.
 IO. Utrisque vero his literis tempore priores aliæ videntur *Ib.* Fol. II,
 sine temporis nota expressa, occurrentes, quas etiam adjungimus: "*Hemmin-*
 V "*gus* Divina permissione Episcopus Aboensis dilectis in Christo univer-
 "sis, Clero & populo Nylandie commorantibus dilectionem in Domino
 "& salutem. Quia ut intelleximus, aliqui vestrum contra sententiam
 "& statutum venerabilis patris Domini *Ragvaldi*, felicitis memorie quon-
 "dam Episcopi Aboensis, decem marcas butiri pro *Maskut* renuunt ex-
 X "hibere, quidam etiam vestrum in exigendis mortuariis pro mortuis
 "tam minoribus quam senioribus, nimis parochianos suos gravant; Nos
 "volentes juxta officii nostri debitum, occasionem dissensionum & gra-
 "vaminum amputare, pacis vero & amicicie inter vos fomenta nutrire,
 "predictum Domini *Ragvaldi*, predecessoris nostri, sententiam ac sta-
 "tutum innovamus ac etiam confirmamus, precipientes in virtute san-
 "cte obediencie, quatenus in singulis decem marcas butiri pro *Ma-*
 X "*skuth*, quinque vero oras denariorum *Sveorum* monete nunc currentis
 "pro mortuariis adultorum, duas vero oras pro XII annorum usque ad

ensi (simul Curato, ut videtur, in *Finström*, & Prapositione fortassis Alandiae?) missae, cavillationesque Alandorum, sanctissimo Decimarum juri adversas, graviter coercentes (169). Magistratus quoque civilis opem in hujusmodi

“*XV annos completos, unam vero oram pro septennibus, pro infantibus vero loqui scientibus duos solidos, pro minoribus vero quot pro libitu volueritis, nisi sint hereditatem plenariam assecuti, in quo casu sicut adulti mortuaria plene dabunt; pro benedictionibus vero & introductionibus nubencium 4 solidos, pro introductionibus post partum unam oram, & in utroque casu candelas vestras proprias eis debebitis assignare, & exhibere curetis, prout Censuram Ecclesiasticam volueritis evitare; & vos Sacerdotes, sub sententia nil amplius exigatis. In cuius confirmationis & declarationis evidentiam &c.*”

Hoc loco monendum ducimus, sententiam quam supra (p. 191) MESSENI auctoritate decepti (qui in rebus ad Ecclesiasticorum apud majores nostros jurium cognitionem spectantibus gravis nobis visa fuit) proposuimus, nempe portionis cibariae, *Matsfott*, de qua tot tantaeque lites actae sunt, aliquam partem ad Episcopi mensam pertinuisse, minus nunc probabilem nobis videri; potius totam Curatis Ecclesiarum cessisse, censemus. Confirmari MESSENI definitio nobis videbatur literis a *Johanne* quodam in *Steensböhle* a. 1340 *Hemmingo* nostro datis (quas supra pag. 251, not. 147 exhibuimus), quibus testatur se debere Episcopo dare quolibet anno *XX marcas denariorum* --- de exactione in parochia *Borga* & *Capellis sibi annexis*, nomine illius (cujus aut exactorem fuisse, aut redemptorem credas) percepta; jam vero hos redditus ex *Decimis Episcopaliibus*, & butyri portione dicta *Söremark*, Episcopo per totam Nylandiam pendenda influxisse, existimamus. Cfr. sup. p. 230, not. 105. *Bihang. til Tidn. utg. af ett Sällsk. i Åbo*, 1785, pag. 97, sqq; & p. 119, 120, 121.

Nec jam conjectura nobis placet, quam eodem loco, not. (54) proposuimus, verba Legis *Westrogothicae* ibidem adducta, Curato nullam partem Eleemosynae, quae die *Masfotationis* (*Måsfuzdag*) altari imponebatur, concedentia, has oblationes Episcopo fortassis cessisse, innuere? Vox *Allmofo*, pauperibus tributam hanc liberalitatem fuisse, potius indicare videtur? licet dubium utique creet, quod die *Masfotationis* haec inprimis colligeretur Eleemosyna?

(169) Exstat in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 2, hujusmodi: “*Hemmingus* permissione Divina Episcopos, reverendo viro, in Christo dilecto, Do-

di rebus sibi comparare haud neglexisse, plurima luculentaque docent exempla. Ita literæ superflunt Regis MAGNI, quibus non solum jubet Decimas statim de agro, ante triturationem framenti, sine omni diminutione atque frau-

mino *Syгурdo* Canonico Aboensi, dilectionem in Domino & salutem. Intelleximus, quod quidam Layci, *presertim in Alandia*, Decimas ecclesiarum & Clericis suis perversis machinationibus subtrahere moliantur; quidam enim ex iis *quasdam porciones decimarum suis navibus & gubernatoribus earundem, quidam retibus aliquas etiam porciones Decimarum de Foca statuunt primitus deputandas &c. Demum de residuo impendendam Decimam asseverant.* Cum igitur Laycis nulla sit de spiritualibus concedendi vel disponendi facultas, & Deus sibi Decimas in signum universalis Domini reddi precepit, Nosque pati non possumus nec volumus ut Ecclesiarum & Clericorum jura presumptione qualibet minuantur; mandamus vobis, quatenus omnes & singulos in Alandia, qui ratione personarum aut etiam prediorum vel aquarum Decimas exhibere tenentur, ad eas cum integritate reddendas, ante omnem aliam solutionem seu deputationem, per Censuram Ecclesiasticam, auctoritate nostra specialiter in hac parte vobis commissa compellatis: proviso quod illos qui jam temeritate propria Decimas Focarum suis constitutionibus ymo potius defatuationibus, presumerant retinere, suis etiam navibus & retibus deputando, si moniti legitime reddere se gratie recusarint, excommunicatos esse volumus ipso facto, quos nominatim denunciare publice non tardetis, ab omnibus evitandos, postquam legitime, ut premititur, moniti reddere se gratie noluerint & satisfacere competenter. In cujus commissionis evidentiam sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini MCCC quadragesimo secundo, die Corporis Christi." Meminit hujus edicti etiam *MESSENIUS Schond.* T. III p. 10, & T. X, p. 15; nec non *Chron. Rhythm. Finl.* p. 29. Qui tamen tanquam universale mandatum toti Dicecesi inculcatum describit. Novum consilium fuisse, nunc demum captum, existimare non oportet: sed opus fuit saepe illud repetere, antequam huic jugo ferendo homines advescerent; ut Historia abunde testatur. *Sigurdi* Canonici, ut in Alandia presentis, mentio fit in litteris *Nicolai Magnuson* a. 1328 datis, quas supra attulimus (pag. 226. not.) aliisque a. 1330 datis, quæ in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. eodem (114) leguntur, ubi *Siwardus* appellatur,

fraude Clero exhiberi (170), sed etiam edicit, ut si Clericus parrochianum suum defraudationis suspectum habeat, huic incumbat unacum duobus testibus, innocentiam suam jurejurando tueri (171). Aliis literis idem Rex sanxit, ut portio illa Butyri (Sjöremark; *Decimas* vocat MESSENIUS) quam in Nylandia & aliis locis suæ diœcesis (illis ut putamus quæ Furi Helfingonico erant subjecta) Episcopus *baftenus* perceperat, eidem ab incolis eorundem omnibus

M m post-

(170) "*Magnus* Dei gracia Rex Svecie, Norvegie ac Scanie, omnibus & singulis Dyoecsin Aboensen inhabitantibus gratiam in Domino & salutem. Quia ex quadam inducta consuetudine inoleverat, quod Decime frugales longe post annone vestre expaleacionem Curatis Ecclesiarum vestrarum annis singulis exhibentur, in cujusmodi decimacione, quam omnino suspectam reputamus, non modica fraus committitur, non solum in cleri prejudicium, verum etiam in animarum vestrarum obprobrium sempiternum; Volumus & vobis sub obtentu gratie nostre firmiter precipiendo mandamus, quatenus Decimas vestras frugales predictas clero debitas, de agro, sicut Deus vobis plus vel minus dederit, sine omni diminucione atque fraude prompte, expedite & irrecusabiliter exsolvatis, nullatenus omisuri. Datum in castro nostro Abo anno Domini MCCCXL septimo, die beati Eligidii abbatis." *Reg. Eccles. Aboensis* Fol. 2.

(171) "*Magnus* -- omnibus presens scriptum cernentibus salutem in Domino sempiternam. Quia ad vitandum periculum animarum, inter Clerum & communitatem Dyoecsis Aboensis duximus statuendum, quod Decime frugales de agris sine fraude omnino perpetuis temporibus exsolvantur; Volumus & perpetuo precipimus observari, quod si forsan clericus aliquis parrochianum suum aliquem de injusta decimacione suspectum habuerit, & ipsum requisivit (requisiverit) de justa decimacione, tunc taliter incausatus duos testes secum debet producere, & jurare quod testes presencialiter tunc producti presentes fuerunt & viderunt quod rite & legitime decimavit; alioquin suum nichil reputabimus juramentum. Datum in castro nostro Abo anno Domini MCCCXL septimo, feria tertia ante nativitatem beate Virginis." *Ibid.* Fol. 3. Meminit etiam MESSENIUS *Schond. T. X, p. 16; Chron. Rhythm. Finl. p. 31.*

posthac etiam penderetur (172); ac aliis, ut omnes incolæ Diœceseos Aboënsis, quod hucusque ex benevolentia fererunt, deinceps officii ac debiti loco peragerent, nempe ut quoties Episcopus ecclesias suæ curæ commissas visitaturus adiret, piscibus mensam ejus carere non sinerent (173). Cum idem Rex *bona omnia olim tributaria & nunc per homines bona sua libera tenentes a rusticis conquistata, diligenter conscribi & fructus eorum omnium & singulorum per suas certi tenoris litteras poni mandasset in sequestro; mox tamen declaravit, suæ tum intencionis nec exstitisse nec existere, quod conscriptio & arrestatio predictæ ad bona que essent ad ecclesias devoluta quomodolibet, se extenderent, sed ea omnia in eo statu manere gratiose voluit, in quo essent & fuissent, donec specialiter & expresse aliter de ipsis mandaret & duceret mandandum* (174). Ad quem favorem Ecclesiæ eliciendum neque:

(172) *Dat. apud Alandiam in insula dicta Wardhø, anno D:ni MCCCXLVII, feria 2:da infra octavas natiuitatis beate Virginis. Registr. Eccles. Ab. Fol. 3. Cfr. MESSENIUS l. c. T. X, p. 16, & Chron. Rythm. Finl. p. 30; qui ad a. 1346 male retulit.*

(173) *“Magnus Dei gracia Rex Svecie, Norvegie & Scanie, omnibus & singulis Dyocesi. Aboensem inhabitantibus salutem & gratiam. “Noveritis quod nos ad venerabilis in Christo patris, Nobis dilecti “Domini Hemmingi, miseracione Divina Episcopi Aboënsis, instancias “favorabiliter inclinati, irrevocabiliter duximus admittendum, quod “quociens idem Dominus Episcopus Hemmingus qui nunc est, & is “qui pro tempore fuerit, in officio procuracionis penes vos transivrit, “cum sagenis vestris trahendis, sicut hætenus de vestri benevolentia feceratis, ita sibi a modo ex mandato nostro voluntarie & efficaciter servatis, nullatenus omiffuri. Datum in castro nostro Abo, anno D:ni “MCCCXL septimo, die beati Egidii Abbatis.” Registr. Aboëns. Fol. 22. Cfr. MESSENIUS l. c. T. X, p. 16. Chron. Rhythm. Finl. p. 31: quæ omnia, aliaque adducta a nobis (not. 169, 171, 172) fatis confirmant exempla, eum Registri sæpius laudati usum fuisse opibus.*

(174) *Ipsas litteras Regias, datas Ludofje a:ro D:n 1351, die 10 men-*



que nostrum nihil contulisse Episcopum, ex singulari colligas auctoritate, quam in eodem administrando negotio simul sibi a Rege fuisse commissam reperimus (175). Regia præterea liberalitate non modo prædiis Ecclesiæ suæ immunitatem a tributis quibuscunque ærario & fisco pendendis impertitam fuisse, (ut commemorata jam prætereamus exempla (176)), literis plurimis quæ etiamnum supersunt, edocemur (177), sed alia quoque haud spernenda eidem

M m 2

con-

sis Oðobris, infra in Sylloge Monumentorum exhibebimus. Cfr. interim *Bihang till Tidn. utg. af et Sällsk. i Åbo 1785*, p. 115 sq.

(175) Vid. alia litera Regiæ ibid. eod. die data, infra etiam exhibenda. Cfr. l. c. p. 116 sq.

(176) Cfr. supra p. 257 seqq. not. 161, 162, 164.

(177) Quædam exempla dabimus: "*Magnus Dei gracia Rex Svecie, Norvegie & Scanie omnibus prefens scriptum cernentibus* f. i. D. "f. Noveritis quod nos ecclesiam Aboensem, cum omnibus bonis suis infra scriptis, que sunt *Levelax* in provincia (leg. parrochia, ut re-cte habet alterum exemplum Fol. 37, quo duce alia etiam quædam sphalmata correximus) Pemarum, *Korpåla* cum omnibus coloniis sibi adjacentibus, *Öfrebro*, *Muthusa*, (alterum exemplum addit, *Sudhenvaynio*), *Trias*, *Jårvenperå* (alt. ex. *Syvenperå*), *Trulszhuvut* (deest in alt. ex. cum seqq. usque ad voc. *Lenni*); item in Karelia *Kwfas*, *Laiarauta*, *Saustala* (in margine adscriptum legitur, "quod permutatum est in *Momynnemy*") in parrochia *Agrapå*, *Lenni* (alt. ex. *Låmu*), unam coloniam in *Kiskku*, & unam (alt. ex. aliam) in *Savy* (alt. ex. *Saw*), quam Jacobus Diægn ipsi ecclesie rite donavit, sub nostram pacem & proteccionem suscipimus specialem: Dimittentes sibi bona sua premissa, una cum famulis (alt. ex. familiis) in eisdem residentibus, ab omnibus impositionibus, exhibicionibus & aliis solucionibus, gravaminibus (alt. ex. "solucionum gravaminibus") quibuscunque consuetis & non consuetis, nobis & juri nostro regio debitis, nullis penitus exceptis, quibuscunque nominibus censeantur, eciam si generale subsidium de toto regno requiri contingat, libera penitus & exempta. Unde per gratiam nostram districcius inhibemus (alt. ex. districcius prohibemus), ne quis Advocatorum nostrorum, eorundem officia

concessa fuisse beneficia, discimus (178). Nec minus benignum in Ecclesiam Fennicam animum, filium Regis ERICUM Magni, cum folio admotus esset, testatum fuisse, novimus; qui non modo bonorum *Holmgeri* Legiferi, a Patre suo do-

“lium, seu quivis alter, cujuscunque condicionis, status aut eminencie existat, eandem ecclesiam in bonis suis premisis, aut de ipsius familia aliquis (forte: *aliquem aliquis*; alt. ex. habet *aut eorum aliqui*, *sive etiam aliquem de sua familia*), contra hanc nostram gratiam sibi indulgentiam presumat quomodolibet impedire, prout indignationem nostram & regiam vitare volunt ulcionem (alt. ex. habet: “regiam ulcionem duxerit evitandam”); Datum Abo in curia nostra Orabro (hunc sanare. locum nescimus;) anno Domini Millesimo CCCXL octavo, feria sexta proxima ante festum Apostolorum Philippi & Jacobi.” *Reg. Ab.* Fol. 23 sq. Alterum vero exemplum, cujus meminimus, habet: “Datum in castro nostro Abo, Dominica proxima post Egidii” anno plane prætermisso. An Rex hanc immunitatem, primum a. 1347 (quo anno *Aboæ* utique fuit, & alias quasdam literas *die b. Egidii Abbatis* scripsit,) concessam, sequenti deinde anno *Örebrogiæ* repetiit, unde ista confusio nata? Non liquet. Postea autem idem Rex *Sighvaldo in Henelax, Benedicto in Greetarvaby, Erlendo in Svaria, & Henrico in Poyo* (incolis parrochiæ Tenala) similem immunitatem dedit, “*declarans ipsos cum bonis suis predictis, omni eo privilegio & jure gaudere, quo ceteri alii ecclesie Aboensis homines & bona frui liberius consueverint.* Litteræ suæ datæ sunt in castro nostro Aboensi, anno Domini MCCC quinquagesimo primo, sabbato proximo ante Erici Regis & martiris.” *Reg. Ab.* Fol. 147.

(178) Huc referimus benignitatem Regis, qua Curiam *Saltvik* in Alandia mensæ Episcopali, perpetuo jure possidendam, hujusmodi datis literis confirmavit: “*Magnus Dei gracia Rex Svecie, Norvegie & Scandinie, universis presentes literas inspecturis s. i. D. s. Quamvis curia Saltvik, in Alandia sita, olim ad coronam regni Svecie pertinebat; tamen quia mensa episcopalis Aboensis in ejus continua possessione diu fuerat, credentes eam hanc possessionem non sine causa rationabili habuisse, confirmamus eam sibi auctoritate regia perpetuis temporibus jure proprietatis possidendam. Et ut validior sit hec nostra confirmacio, deputamus corone regni Svecie, loco Saltvik, curiam nostram Gregorisby, pro quodam homicidio juri regio acquisitam, ne corona propter præ-*



)

(



donatorum, perpetuum dominium huic Ecclesie confirmavit (179), sed etiam *familiaribus Episcopi ab omni expeditione & evocatione*, sive servitio militari, *exemptionem* concessit (180). Quorum vestigiis insistens Rex

M m 3.

AL-

“missam confirmationem defectum aliquem paciatur. Nulli ergo omnino hominum, cujuscunque eminencie fuerit sive status, liceat hanc nostre confirmationis & deputationis ordinationem ullo unquam tempore infringere, seu ei ausu temerario contraire, prout indignacionem Dei omnipotentis & regiam vitare voluerit ultionem. Datum Stokholmis sub sigillo nostro, anno Dni MCCCLI, quarta die Pentecostes.” *Registr. Ab.* Fol. 114. Cfr. *Bihang til Tidn. utg. af et Sällskap i Åbo 1785*, p. 101 sq. not. (**). Nec injuria huc traxeris literas Regis (infra in *Sylloge Monumentor. adducendas*) a. 1352 in *crastino b. Mathei Apostoli & Evangeliste datas, de jure Patronatus in beneficiis per Dyoccesim Aboensem*, quibus, in X tantum Ecclesias (nempe Canoniam cum prebenda de *Wirmo*, ecclesias *Finnaström, Kumo, Ulsby, Vane, Borgha* cum capellis *Sibbaa & Pernaa, Bernaa, Karis, Agra-på & Wiborg*) jure Patronatus sibi reservato, reliquas omnes conferendi potestatem Episcopo concessit. *Registr. Ab.* Fol. 23; cfr. *Bihang, til Tidn. &c.* p. 117 sq.

(179) Vid. supra p. 260 not. (164).

(180) “Omnibus presens scriptum cernentibus *Ericus*, Dei gratia Svecorum Gotorumque Rex ac Dominus Scanie, salutem sempiternam. Noveritis Nos ad *instanciam* reverendi in Christo patris, Domini *Hemmingi*, Divina miseracione Episcopi Aboensis, *officiales & bonorum ipsius provisores*, qui nunc sunt, aut quos in futurum duxerit eligendos, ab omnibus expeditionibus & evocationibus, generalibus & particularibus, cum & quociens eos evocare contingat, quamdiu in officio predicto fideliter steterint, liberos & exemptos dimisisset: prohibentes omnibus Advocatis nostris, eorundem officialibus ac aliis quibuscunque, cujuscunque condicionis aut status fuerint, ne quis supradictos officiales ac provisores, contra hanc gratiam nostram supradicto Domino Episcopo factam, quomodolibet impedire audeat vel presumat, prout subdignacionem (indignacionem?) nostram duxerit evitandam. Pro hoc autem, quod ad *mandatum dilecti Nobis Domini Nicolai Thureson, prefecti nostri Osterlandiarum, ad expeditionem nunc nuperrime indictam non vnerunt*, ipsos ad *instanciam Domini*



ALBERTUS, variis ille quoque Episcopum Ecclesiamque Aboënsē favoris sui ornavit documentis (181).

Ne-

“Episcopi supradicti habere volumus excusatos; nolentes ipsos ob hoc a quoquam quovis modo incausari. Datum Stockholmis anno D:ni Millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo, feria quarta proxima post exaltationem sancte crucis, sub secreto nostro.” *Registr. Eccles. Ab. Fol. 23.*

(181) Fidem sequentes Ejus faciunt literæ: “Universis presentes litteras inspecturis *Albertus* Dei gracia Sueorum Gothorumque Rex salutem in eo qui est omnium vera salus. Coram nobis venerabilis in Christo pater & Dominus *Hemings*, Divina miseratione Episcopus Aboënsis, graviter est conquestus, quod quamvis a multis retroactis temporibus tributum ipsius Episcopi Aboënsis, sibi ratione Decimarum in certis territoriis, provinciis & parrochiis diocesis in pellibus variis deputatum, per ipsum aut certos suos nuncios ad hoc specialiter deputatos, simul & sub eo (an uno?) contextu cum tributo regio sine diminutione qualibet receptum fuerat & collectum, quidam tamen Advocati Österlandenses, seu eorum officiales, Ecclesie & Episcopo pre-dictis infesti, quantum in eis est, nituntur impedire, ne simul cum tributis regalibus, sed post, tributa episcopalia colligantur, in non modicum prefatorum Domini Episcopi & Ecclesie prejudicium & gravamen. Cupientes igitur equalitatis & justicie fieri zelatores, tenore presentium perpetuo statuimus ac ex consensu Consiliariorum nostrorum nunc presentium constituimus & ordinamus, ut omnia & singula tributa sepe dicto Domino Episcopo & successoribus suis quibuscunque per totam dyocesis Aboënsē in pellibus dari consuecta, simul cum tributo regio & equaliter, ubi equalia fuerint tributa Ecclesie & Corone, favorabiliter colligantur, ac ab ipsis decimantibus, sine reclamacione & rebellionē quibuscunque exsolvantur; universis & singulis Advocatis nostris, sub optentu gracie nostre, ceterisque sub pena XL marcarum districcius inhibentes, ne prefatum Dominum Episcopum aut successores suos vel eorundem officiales, in colleccionibus seu solutionibus tributorum hujusmodi, contra has nostras constituciones, ordinaciones & graciā, audeant quomodolibet impedire. Datum apud Castrum Aboënsē anno D:ni MCCCLX quarto, die beate Lucie virginis & martiris, sub secreto nostro apposito impendenti.” *Reg. Eccles. Ab. Fol. 5. sq.*



Neque vero Diœceseos suæ Clerum, disciplina prudenti continere Antistitem nostrum, aut ad Hierarchiæ Pontificiæ

Quibus non minus favorabiles sunt sequentes: "*Albertus* Dei gratia Sveorum Gotorumque Rex, universis & singulis presentes litteras inspecturis salutem in omnium Salvatore. Noveritis quod nos *beneficentia* in Christo Patri ac Domino, D: no *Hemmingo*, Divina providentia Episcopo Aboensi, graciôsè concedimus ac virtute regia specialiter indulgemus, quod idem Dominus *Episcopus de quadraginta armigeris seu servitoribus suis Ôsterlandias inhabitantibus, omnes & singulas emendas pecuniarias (Bdter) pro quibuscunque delictis, super quibus prenominati servitores seu armigeri convicti fuerint, circa (citra?) tamen rationem juramenti nostri regii dicti edzore ad jus nostrum regium quomodolibet pertinentes, libere recipere valeat & levare; unde sub obtentu gratie nostre firmiter inhibemus, ne quis prefectorum nostrorum aut eorum officialium, seu quivis alius, cujuscunque conditionis aut status existat, memoratum Dominum Episcopum aut alium suo nomine audeat, contra hanc nostram gratiam, quomodolibet perturbare. Datum aput Castrum Aboense a: o D: ni Millesimo CCCLX quarto, die beate Lucie virginis, sub secreto nostro presentibus appposito impendenti."*

Ib. Fol. 23.

Addimus has, eodem illas quoque die datas: "*Albertus* --- universis presentes litteras inspecturis s. i. D. s. Noveritis quod nos *ad instantias* venerabilis in Christo patris, Domini *Hemmingi*, miseratione Divina Episcopi Aboensis, quatuor homines piscatores & unum fabrum, quos idem Dominus Episcopus aut officialis suus duxerit eligendos, ipsi Domino Episcopo Aboensi & successoribus suis quibuscunque, ab omnibus annuis redditibus, solucionibus & omnibus universis (an *juribus?*) ad nos & jus nostrum regium spectantibus, perpetuo dimittimus liberos penitus & exemptos; prohibentes Advocatis nostris & eorum officialibus quibuscunque, sub obtentu gratie nostre, firmiter & districtè, ne quis eorum predictum Dominum Aboensem aut successores suos, contra hanc nostram dimissionem, seu in aliis juribus suis quibuscunque, presumat quomodolibet impedire, pro indignacionem nostram duxerit evitandam; sed volumus ut ipsius Domini Episcopi causarum, jure iuris modis, in omnibus quibus poterint, sint amicales promotores. Datum aput castrum Aboense a: o D: ni Millesimo CCCLX quarto, die beate Lucie virginis & martiris, sub secreto nostro presentibus appposito impendenti."

Ibid. Fol. 24.



ciæ rationes conformare, neglexisse comperimus. Sic severe
prohi-

Tandem literis eodem loco dieque datis, Ecclesiam Aboënsē universē in tutelam recepit suam, immunitatesque & privilegia ejus his verbis confirmat: “Universis, ad quos presentes littere pervenerint, *Albertus Dei gracia Sveorum Gothorumque Rex*, salutem in eo quod est omnium vera salus. Cupientes honorem & gloriam sancte matris nostre Aboënsis cathedralis Ecclesie, quam exemplo illius Jerusalem que sursum est, liberam esse decet, ut ministri ipsius tanquam filii liberi, sibi liberius deserviant, condignis favoribus ampliari, Omnia & singula bona per ipsam, seu prelatos ipsius suo nomine, post coronacionem illustrissimi principis *Domini Birgeri Sveorum Gothorumque Regis felicis memorie*, acquisita ac ad dictam Aboënsē ecclesiam iusto titulo devoluta, universis & singulis libertatibus & privilegiis, personalibus & realibus, quocunque censeantur nomine, perpetuo gaudere volumus, quibus cetera bona prefate ecclesie & altarium ecclesiarum regni nostri *Svecie*, ante coronacionem predicti *Domini Birgeri regis* a quibus & ab ipso in eadem coronacione sua indultis, frui seu uti consueverant ab antiquo. Unde omnia & singula bona sepedicta cathedralis ecclesie Aboënsis, una cum famulis & personis in eisdem commorantibus, sub nostra pacem & proteccionem suscipimus specialem, sub obtentu gratie nostre firmiter inhibentes, ne quis Prefectorum nostrorum, eorum officialium, seu quivis alius, cujuscunque condicionis aut status existat, memoratam ecclesiam, seu ejus yconomum, qui nunc est vel pro tempore fuerit, in bonis aut famulis predictis, contra hanc nostram gratiam, audeat quomodolibet molestare. Si quis autem contrarium attemptare presumpserit, indignacionem Dei & vindictam nostram regiam merito poterit formidare. Datum apud Castrum Aboënsē, anno *Domini Millesimo CCCLX* quarto die b. Lucie virginis, sub secreto nostro presentibus apposto impendenti.” *Ibid.* Fol. 24.

Cumque questus esset apud Regem Episcopus noster, quod quamvis per dyocesin Aboënsē collectoribus Decimarum, a decimas ipsas solventibus expense necessarie communiter exhiberi consueverint ab antiquo, tamen villici & coloni bona regia *Helgaa* (*Helgä*, parociae *Bierno*) inhabitantes, eisdem collectoribus expensas hujusmodi, sicut alii eorum vicini, prestare contumaciter recusarent, severas contra hanc contumaciam literas Rex ad eos exaravit; inter alia scribens: “Cum igitur turpis sit pars, que suo non convenit universo, nec expediat cuivis in

hibuit, ne Presbyteri filios suos aut filias domi alerent,
 N n aut

“Decimarum defraudacione Divinam quomodolibet offendere majesta-
 tem; vobis & vestrum cuilibet firmiter & sub obtentu gratie nostre
 precipimus per presentes, quatenus collectoribus antedictis hoc anno
 cum decimas ipsas in agris non solveritis, expensas hujusmodi” (ut
 sctninge kostnad?) “exhibere, sicut ceteri vestri vicini, sine contradiccio-
 ne qualibet studeatis; annis vero futuris in perpetuum opcionem vo-
 lumus vos habere, decimas quaslibet in agris de segetibus vestris in-
 tegris & salvis, absque defraudacione & diminucione quibuslibet per-
 solvendi, sine aliquo onere expensarum, vel eciam cum expensarum
 necessariorum prestacione in vestris domibus decimandi, prout in A-
 boensi dyocesi communiter observatur. Alioquin *sentencias* quas pre-
 fatus pater Dominus *Hemungus, Aboensis episcopus*, vel successores sui
vite tulerint in rebelles, ratas habebimus & faciemus inviolabiter ob-
 servari. Datum sub secreto, apud Castrum Aboense, a o D:ni MCCCCLX
 quarto, sabbatho proximo post Michaelis.” Quod mandatum anno se-
 quente (1365) severissimis literis ad hos eosdem contumaces colonos,
 apud Castrum Aboense feria quarta proxima post octavas epiphanie Do-
 mini datis, repetere necesse habuit, quas item subjungemus: “*Albertus Dei*
 “gracia Sveorum Gothorumque Rex, univrsis & singulis colonis no-
 stris in Helgha salutem & mandatis nostris firmiter obedire. Mira-
 mur non modicum, cur expensas, quas collectoribus Decimarum ve-
 nerabilis in Christo patris Domini *Hemingi*, Dei gracia Episcopi A-
 boensis, ex eo quod decimas de anno proxime preterito non solvistis,
 per vos & vestrum quemlibet in nostris patentibus litteris dari & sol-
 vi mandamus, *in omnipotentis Dei, Majestatis nostre Regie, ac ipsius*
 “*Domini Episcopi prejudicium & contemptum* dare & solvere minime
 curavistis. Verum quia interest nostra de opportuno remedio provi-
 dere, ut mandata nostra seu littere nostre a nostris subditis minime
 contempnantur, sed pocius effectum debitum forciantur; ideo in-
 durate malicie vestre contumacia exigente, vobis & vestrum cuilibet,
 sub obtentu gratie nostre, nec non sub pena XL markarum, cuilibet
 vestrum fisco nostro regio irremissibiliter applicandarum, nisi manda-
 tis nostris parueritis cum effectu, discrete (districte?) precipimus &
 mandamus, quatenus antedictas expensas ad requisicionem prefati Do-
 mini Episcopi aut alterius suo nomine, infra octo dierum spacium a
 notificacione presentis immediate subsequencium, juxta tenorem &
 formam littere nostre, cui prefens nostra littera est inserta”, (intelli-
 ge literas superiores a nobis commemoratas) “absque reclamacione

aut pro suis agnoscerent, sed potius non modo e familia, verum e tota paroecia sua submoverent, ne occasionem haberent cum iis familiariter frequenterque conversandi; cujus interditi veram causam ipse non celat, scilicet non tam ideo facti, ut sacerdotes morum sanctitatem colerent, quam ne affectu paterno ad sacrosancta bona Ecclesiæ abalienanda vel diminuenda inducerentur; a quo piaculo committendo, gravibus denunciatis pœnis eos deterret atque avocet (182). Quæ fortassis causa fuit, cur mentio-

“qualibet solvere & facere studeatis. Alioquin contra vos & vestrum quemlibet taliter procedemus, quod ceteris litterarum nostrarum contemptoribus cedit merito in exemplum. Datum &c.” Quibus adjunctæ aliæ erant literæ, eodem die locoque datæ, D: no *Jacobo Curato in Ushyalom (Uskela) & Matthiæ in Borgaby* injungentes, ut Regium mandatum prædictis colonis legitime significarent, atque exsequendum curarent, nec non de eventu rei notitiam Regi quantocius impertirent. Omnes hæc literæ in *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 14 & 15 leguntur.

(182) Literæ Episcopi hujusmodi sunt: “Quia in jure cautum est, quod ille solus recognoscendus est filius quem nuptiæ demonstrant, & in Statutis Sabinensibus” (Skenningensibus, a. 1248 a Card. *Will. Sabinensi* factis?) “prohibetur sub pena excommunicationis late universis & singulis sacerdotibus, filios proprios secum tenere, vel eos recognoscere esse suos, precipimus in virtute sanctæ obediencie universis & singulis sacerdotibus Dyocesis Aboensis, quatenus statim, viis presentibus & perlectis, filios suos & filias a familiaritate sua & cotidiana conversatione procul abjiciant, etiam extra parrochias, ne occasionem habeant cum eis iterum conversandi. Qui vero scienter contrarium facere presumpserint, sint excommunicati; similiter filii & filie cum eisdem. Possunt tamen, ex permissione, tales filii vel filie habitare intra parrochiam in bonis propriis personaliter acquisitis vel hereditariis, non tamen in bonis intuitu ecclesiæ acquisitis, quia illa bona omnia & singula ad dominium ecclesiæ revocamus, quia sunt patrimonium crucifixi, prohibentes ne quocumque alienacionis titulo alienentur seu etiam quomolibet distrahantur, sed tantum usufructu concessio, quamdiu vixerint acquirentibus eorundem; post mortem plene & integre ecclesiæ referentur; qui vero contrarium attemptaverint, ab officio & benefi-



tionem hujus edicti facere MESSENIUS, lautissimo suo laudatori, haud placeret: qui contra *Insignia quaedam Statuta, Parochos in officio commode instruentia exercendo*, eum per *Finlandiam disseminasse*, testatur (183), nobis quidem hactenus non visa, quæ igitur ne penitus jam perierint timemus, examini atque iudicio nostro ita subtracta. Alius vero Edicti, biennio post ab *Hemmingo* promulgati, quo Clericos Dioeceseos suæ vetuit *inde recedere, animo constituendi in alia Dyocesi domicilium, absque licentia & litteris Episcopi & Capituli petitis & obtentis* (184) exemplum exstat; quod

N n 2

exi

“cio tamdiu suspensi maneant ipso facto, quousque restitutione in integrum facta, relaxationem interdicti & novam institutionem beneficii consequi mereantur. Actum & datum per nos *Hemmingum*, Dei gratia Episcopum Aboensem, anno Domini quinquagesimo, sexta feria pasche, nostro sub sigillo.” *Reg. Eccles. Ab.* Fol. 37.

(183) *Schond. T. X. p. 16.* Neque RHYZZLIUS meminit; qui contra asserit: På Prästers och Muuktars lesverne hade han noga uppsicht, och när han fann med them något odngdigt, såg han dermed icke genom finger; utan straffade them med rättfärdig iswer. Quæ unde didicerit, nescimus. D:aus autem LAGERBRING (l. c. III, D. C. 8. §. 5 p. 617) non immerito iudicat; Man måste medgifwa, at Biskop *Hemming* i detta samweismål varit ganska fogelig; ty hwarken knotas öfwer Prästerna sjelfwa, eller deras omigda bustrur. Contra ut de re nota & solita de liberis eorum illegitimis, sine ulla offensionis significatione loquitur; de eo tantum sollicitus, ne patrimonio ecclesiæ damni aliquid inde enascatur. Successores suos, pro certa Episcopo quotannis numerata pecunia, sacerdotibus hanc licentiam benigne concessisse, infra videbimus. *Statutorum* autem suorum, quibus Parochos officii bene administrandi rationem docuerit, MESSENIUS in *Chron.* etiam *Finl. Rhythm.* his verbis honorificam valde facit mentionem (p. 32): Hårliga Statuter han skref, som underwiste hwar Prästman wål i tallet.

(184) “Ne pro defectu clericorum Deus honore debito & ecclesie Dyocesis Aboensis congruis serviciis defraudentur, nos *Hemmingus* Dei gratia Episcopus Aboensis & Capitulum ibidem statuimus, ut nullus clericorum Dyocesis Aboensis inde recedat, animo constituendi in alia

eximie etiam Rev. RHYZELIUS laudat, non omnino immerito (185).

Quin ecclesias Diocesis curæ suæ commissæ diligenter visitaverit, dubitare non finunt cum providentia de commodo sub hujusmodi itineribus victu Episcopis procurando, cujus nuper documentum attulimus, tum literæ suæ pluribus Fennix locis scriptæ (186), tum iter ad maxime etiam septentrionales partes Ostrobotnix susceptum, ubi non solum suæ ditionis obiisse ecclesias, sed etiam *confirmasse & cimiterium in Torna benedixisse* scimus, atque *Hemmingum* Archiepiscopum Upsaliensem *in portu quodam dicto Kompanasundb, situato inter ecclesias Lulaa & Torna, simul convenisse* (187).

Cæ.

“dyocesi domicilium, absque licentiâ & litteris Episcopi & Capituli petitis & optentis. Qui vero contrarium presumpserit attentare, sit ipso facto privatus officio & beneficio, si quod habet, & inhabilis ad quæcunque ecclesiastica beneficia consequenda; & nichilo minus perjurus, temere veniendo contra juramentum prestitum quando suscepit sacerdotii sacrum gradum. Actum Abo anno D ni Millesimo CCC quinquagesimo 2:do, quarto decimo Kal. Maji, nostris sub sigillis.” *Reg. Eccles. Ab. Fol. 38.* Cfr. MESSENIUS *Schond. T. X. p. 16.*

(185) Verbis supra allatis addit, quasi disciplinæ ab Episcopo adhibitæ severitas clerum offendisset (cujus tamen rei nulla exstant vestigia, ac vel paupertas incolarum, terræ nondum satis excultæ, potuit sacerdotes excitare ad alias Dioceses huic preferendas &c.): Och när the obåndige Klärker och Munkar (de *Monachis* omnino quæstio non est, quod vix monere attinet), för såvan stråghet skull, begynte draga sig utu Sichter, hämmade han thet med et strengt förbud och undsägelse, at mista alla förmoner, em the icke blesivo wid sina systor och lesde i spåddt och lydno. L. c. Non pauca ab auctoris addita esse, in his verbis, innio, facile quisque videt. Ipsam vero ordinationem Episcopi, qua cavit ne clerici temere, atque sine venia Superiorum, stationem suam desererent, idonea niti ratione, negare nemo potest.

(186) Ex g. *Ulsby, Borgo &c.*; cfr. *Reg. Eccles. Ab. Fol. 109, 10 &c.*

(187) Ex asserto testium, in lite de limitibus Diocesium Upsali-

Cæterum suo tempore splendorem quandam imo luxuriam cultui Divino, apud nos etiam, maxime in Ecclesia Cathedrali, jam accessisse, plura *Altaria*, varii generis *Prebendatos*, *Chorales*, *Convivia Sacra* hic existisse (188), *Ædes* pauperibus alendis dicatas s. *Hospitales*, nec

N n 3 non

ensis & Aboënsis adhibitorum (de qua infra). Vid. *Reg. Eccles. Abo.* Fol. 13 & *PERINGSKÖLD Monum. Upland. T. I p. 4.*

(188) Argumenti loco Testamentum sequens D:ni *Henrici Tempilli*, e *Reg. Eccles. Abo.* Fol. 102 descriptum, adponimus: "In nomine Domini Amen. Cum secundum Apostolum omnes quidem homines corporaliter resurgere habent, de facili rationem propriis inevitabiliter redditori, atque secundum meritorum exigenciam remuneracionis stipendia eternaliter adepturi; ob hoc ego *Henricus* presbiter, *antiquus Scolaſticus Aboënsis* (ti. s. ðorene *Scholemästare i Åbo!*) "de bonis michi temporaliter concessis, per modum qui subsequitur, meum conſedo testamentum. In primis lego, *in honorem sancti Andree Apostoli, altari beati Gregorii* (legendum putamus *beati Georgii?* quamquam nec sic scimus, cur in honorem *S. Andree* hoc in primis altare dotorandum esset?) "ante *cujus gradus* meam eligo sepulturam, bona mea immobilia cum curia in *Limitha* situata, ac inventario tali modo conſeſcto, videlicet VI vaccis mulgentibus, duobus bobus domitis in veſtigali, sex capris antiquis & totidem ovibus, ceterisque utensilibus curie ejusdem. Insuper curiam meam in *Abo* cum suo inventario, videlicet I majori culcedra, duobus novis lintheaminibus, I lodice, I tapeto, duobus pulvenaribus, & I cullino dicto *Örnegat*, I mensili, I manitergio, I lanatorio (?), I pelvi, II caldariis, III ollis & craticula, I finxorio (?), I securi, I vacua lagena cervisie, duabus dimidiis lagenis, II amforis ligneis cum II doliis & I caldaria de tintinnabulo (s. *skåck malm?*), I mola cum pistrinis instrumentis. Insuper altari preſdicto, ut premititur, imaginem sancti Andree Apostoli de triginta marſeis, I cappellam integram, I *breviarium empium pro XIII marſeis*, I missale. Item *Prebendatus* sepelicti altaris I missam de Sancto *Andree* & aliam pro fidelibus defunctis qualibet ebdomade sine diminucione qualibet in v:o (vestimento?) s. cerdocii plene dicat, nullatenus omiffurus. Item *cuilibet choralis* in exequiis funeris mei presencialiter existenti II horas. Item *Conventui fratrum Predicatorum in Abo* III marchas, Item *Domino Magno Alandensi* sermones super *Euangelia*



non *Scholam* quandam Aboæ floruisse (189), ex antiquis

IBO-

“& Epistolas per totum annum. Item fratri Johanni Gladda I cali-
 “cem viaticum cum lapide altaris consecrato. Item *Hospitali* I Ppal-
 “terium commune sanctorum & I legendarium cum Historiis ab ad-
 “ventu Domini usque ad IIII (3) diem penthecostes. Item Johanni dicto
 “Brodherfon *unum librum Legis Sudermannice*. Item colono meo Ni-
 “colao I togam duplicatam cum capucio. Insuper noverint universi
 “quod dilecta soror mea Crisina michi omnimodam prediorum pa-
 “trimonialium suorum porcionem hereditariam in Linito jure perpetuo
 “possidendam & penitus ordinandam resignavit; de me e converso eu-
 “riam meam in Abo, propriis vicis sumptibus constructam, in qua
 “nunc Elena Bacarris residet, & fundum quem Thomas Permius pro
 “nunc habet, resumpsit; ceterum Conrado dicto Paris, genero ipsius,
 “ratione dotalicii cum Elia sua Katerina, pro sepe dictis prediis in Li-
 “nitha XXXV marchas solvi, presentibus viris discretis, ut satis con-
 “stat. Item si soror mea hec que dicta sunt observare quoquo modo
 “distulerit, michi omnia restituat supradicta, cum laboribus & expen-
 “sis in curia mea memorata Linitha in structura domorum inibi tunc
 “consumptis. Ceterum noverint universi, quod tempore quo discre-
 “tus vir Hennichinus Ôsare” (alio loco legitur Ôsare) “dilectam foro-
 “rem meam Cristinam prescriptam in matrimonialem copulam duxit,
 “LX marchas, agrum Pabimenth, in ornatu vestium, in dotalicio &
 “expensis sibi dedi. Item declaro, quod perceptione V marcharum de
 “Linitha derivandarum & residencia in curia in Abo, quamdiu, vixe-
 “ro, personaliter uti volo; cum etiam approbatum in sacris canonibus evi-
 “denter invenitur, quod testamentum morte confirmatur, & post mortem
 “immobile perseverat. Acta & scripta sunt hec anno Domini MCCCL
 “quinto, in octavis Apostolorum Petri & Pauli, sub sigillis reverendi
 “Domini Dni Henrici Prepositi Aboensis, Dethmari Lydhniket, Con-
 “radi pictoris, meo proprioque sigillo, in hujus rei evidenciam firmio-
 “rem. Item *seniori Convivii beati Nicolai* I mensale pro tabulo suo,
 “quod Conradus Pictor exhibebit; item filio ejusdem Conradi V Li-
 “bros Decretales cum apparatu & omnibus libris veteris artis cum suis
 “scriptis & glocis.” Aliæ literæ docent, hunc *Henricum* a. 1325 fuisse
 “*Curatum & Sacristam Ecclesie Aboensis*, anno vero 1336 *Curatum in*
 “*Tenalum*. Reg. Ab. Fol. 103. --- De *altari & Præbenda S. Sigfridi*
 “*circa a. 1365 fundatis*, infra ex instituto agemus.

(189) *Birgeri* mentionem supra (p. 280 not.) fecimus, qui a.

monumentis discimus. Ac memorabile omnino videri debet, de Episcopatu Aboënsi, nimis utique vastæ magnitudinis, dividendo alteroque Fennix Episcopo Wiburgi constituendo, jam spem consiliaque fuisse hominum mentibus obversata (190), quæ duobus demum seculis se-

1359 fuit Curatus altaris beate Virginis in Abo, provisorque Scola- rium ibidem. Eidem altari Ærengislo Thureson prædium consecravit. Vid. l. c. In Testamento Torstani, Curati ecclesie Wiburgensis, scrip- to a. 1366, die ascensionis Domini, (quod typis exscribi curavimus in Append. ad Tidn. af et Sällst. i Abo 1785, p. 25 sq.), assignatur Scol- lanum i Abo ena mark penninga oc i tunno öd, oc satisk folke hundrade alna wadmal, ena tunno öd, oc swa myskt kost thertil bdr. Reg. Eccles. Ab. Fol. 140 sqq.

(190) In literis (datis apud Castrum Aboënsē a: o D:ni 1364, in crastino b. Lucie virginis) quibus Rex ALBERTUS dimidiam partem insulæ Semingasala (in Savolaxiæ parocciā Seminge), antea a se Dapifero suo Nicolao Thureson (Bielke) dono datam, sed hujus morte ad Regem atque coronam devolutam, donat Thome Episcopo Wexio- nensi & Ecclesie sue Wixionensi, pro mensa ipsius Episcopali, notabilis hæc conditio additur: Ita tamen, quod si quamquam in partibus Kare- lie Ecclesiam erigi contigerit cathedralē, ex tunc ad illam ecclesiam & ejus Episcopum ac eorum mensam, ejusdem medietatis insule prefate pro- prietas & possessio plenissime & omnimode devolvatur. Quam eandem conditionem suis quoque adjiciunt literis (datis Ibid. a: o D:ni 1365, Sabbatho proximo post festum S. Mathie Apostoli & in crastino b. Ma- thie Apostoli) quibus ejusdem insulæ alteram partem, fratri Nicolai, Benedicto Thureson a Rege antea concessam, heredes hujus Benedicti Thureson (Steno Bentsson, filius, suo & fratrum sororumque nomine, quorum legitimus tutor fuit, & Suno Haquonsson, gener, cum conju- ge sua Sigride Bendiktzdatter) eidem Episcopo mensæque suæ Episco- pali, annuente Rege, conferunt. Reg. Eccles. Ab. Fol. 152 sq. Cfr. RYZZELII *Episcoposc.* L. VI p. 300, qui similem conditionem aliis quoque adjectam fuisse literis docet a. 1362 a D:no Nicolao Thureson (legi sine dubio debet Thureson, idemque intelligi Drotzetus quem nu- per nominavimus) datis, quibus emtum suum prædium Kokeierve in Præfectura Wiburgensi situm, eidem mensæ Episcopali Wexionensi do- navit. Quæ omnia satis ostendunt, & Regem & potentem illam fa-

ferius, nec nisi post repurgatam Religionem fractasque immodicas Hierarchiæ opes, successisse notum est.

Inter laudes *Hemmingi* nostri eximias amicitiam fuisse relatam, quæ ei cum diva *Birgitta* singularis intercedebat, mirum videri nemini debet, qui temporum illorum non prorsus ignorat ingenium (191). Itaque hoc fa-

miliam, aliorum sine dubio in iis partibus habitantium hominum votis suffultam, serio de hoc consilio cogitasse.

(191) Nempe cum *Decorum* requirere omnino videretur, ut tam eximie *Sanctæ* nativitas miraculo aliquo aut solenni revelatione honestaretur, nostro imprimis Episcopo hujus habitæ gloriæ vindicandam duxit VASTOVIVS, in Chronologiam licet turpiter impingens (Cfr. supra p. 256, not. 157). Miraculi ipsius mentionem facit Papa Bonifacius IX in Bulla Canonizationis beate *Birgittæ* (*Revelationibus Sanctæ ipsius premissa*) hujusmodi: "Cumque puella *Birgitta* de genitricis alvo in mundum recenter fuisset educa, sacerdos parochialis in ecclesia propinqua, approbate vite & etatis profectæ, dum nocte orationi vacaret, nubem lucidam & in medio nubis virginem sedentem vidit, librum habentem in manu sibi que dicentem: nata est Birgero quedam filia, cujus vox per mundum admirabiliter audietur." VASTOVIVS igitur non modo verba ipsa (infallibili licet auctoritate munita) aliquantum immutare ausus est, sed etiam de sacerdote illo parochiali provelta etatis, suum hoc intrusit interpretamentum: qui postea factus est Episcopus Aboensis, (*Vit. Aquil. in vita S. Birgittæ*, p. 92 Ed. Benzl.), eandem que rem de b. *Hemmingo*, in vita ejus, confidenter narrat. Cfr. supra p. 239, & not. (118). Cæterum loca idem diligenter indicavit *Revelationum S. Birgittæ*, ubi nostri illa mentionem facit Episcopi, semper honorificam, familiaritatisque sibi cum illo intercedentis edit testimonio. E quibus (cum liber rarior sit) quedam exscribemus. Sic Lib. IV Cap. 125, visio quedam explicatur, *Birgittæ* facta, hujusmodi verbis: "Septimum animal, id est septimus Episcopus, maxime abstinentie fuit, qui zelum Dei habens, nec metu, nec amore, nec damno reticuit veritatem. Hic cum se posuisset ad orationem, reddidit spiritum. De isto Episcopo sunt plures revelationes in vita Domini *Birgittæ*; qui fuit Dominus *Hemmingus* Episcopus

faventissimo laudis testimonio eum fraudare, aut tantæ rei memoriam posteritati invidere, vitæ suæ scriptoribus haudquaquam fuit consilium. Quo pertinent non solum verba laudati a nobis sæpius *MSti Palmisköldiani*, ubi de Episcopo nostro legitur: "Revelationes S:te Birgitte ad Papam detulit, & coram eo sermonem fecit pro laude ejus, cui familiarissimus fuit," (192), sed VASTOVII quoque

Aboensis, & amicus beate virginis Mariæ, sicut patet *Extrav. Capitulo C. IV.* Ex quo ipso Capitulo hæc apposuisse sufficiat: "Quadam vice sponsa Christi" (*Birgitta*) "*sedens in convivio cum quodam Episcopo Aboensi, scilicet Domino Hemmingo, in mensa, de cibis delicatis sibi appõitis comedebat in honorem Dei;* propter quod Episcopus dicebat in corde suo: cur ista Domina habens donum Spiritus, a delicatis cibis non abstinet? Tunc ipsa nichil sciens de talibus cogitationibus ejus, circa vesperas, cum esset in oratione, audivit in spiritu vocem dicentem &c. - - - Quam quidem revelationem ipsa statim illi Episcopo exhibuit. Episcopus autem hoc audiens recognovit se, & fatebatur quod illas cogitationes in mensa habuerat; propter quod humiliatus animo, petendo veniam ab ea rogavit eam pro se orare. Tunc tercio die apparens eidem Domine Birgitte orantissimam virginem Maria dixit: Dic eidem Episcopo, quia omnes predicationes suas inchoare solet a laude mea, & quia per iudicium suum te judicabat in mensa, eciam quia illud iudicium caritatis & non invidie erat: ideo caritas meretur consolari. Dic ergo ei, quod ego volo ei esse in matrem & ejus animam presentare Deo. Et ego nunc exponam ei quod ipse est animal septimum de animalibus prioribus tibi ostensis, & quod ipse verba Dei coram regibus & Pontificibus portabit."

(192) Quo jure de nostro asseri queat, eum *Revelationes S. Birgittæ ad Papam detulisse, & coram eo (Papa) sermonem fecisse pro laude ejus* (Birgittæ)? nos sane fugit. Non enim constat, *Hemmingum* ad Papalem sedem iter unquam fecisse, neque in vita S. Birgittæ hujus rei ulla occurrunt vestigia. An nonnisi per literas ad Pontificem datas hoc amicæ mulieri præstitisse officium existimandus est? quam tamen explicationem verba ipsa respuere videntur? Vel an ex iis quæ de hac re in Revelationibus Birgittæ obscurius dicuntur, auctorem hausisse

que singulare in ea re indicanda confirmandaque studium. Hæc igitur cum muliere fanatica, quæ publicis etiam se consiliis ingerere suaque vel somnia vel arbitria intrudere non dubitaret (193) intercedens illi amicitia, alacre præterea atque imperterritum Episcopi nostri ingenium (194), verisimile reddere videatur, quod post ERICUM OLAI (195) narrat MESSENIUS (196), ob factam
Regi

totam hanc narrationem suam putabimus? ubi *Revel. Extravag. C. 52* legitur: "*Episcopo Aboensi precipio (sc. Christus, qui loquens inducitur) ut negotium ad summum Pontificem transferat, cui precipio nichil diminuere, sed permitto addere que ad honorem meum sunt, & ad salutem animorum.*" *Negotium* vero cuius hic mentio fit, *Revelationum* illud Birgittæ fuisse videtur; si ex somniis hinc sensum aliquem erui omnino posse, credi debet? Favet opinioni nostræ etiam quod loco nuper adducto (*Revel. Extrav. C. 104*) dicitur Episcopum Hemmingum *verba Dei coram Regibus & Pontificibus esse portaturum.*

(193) Vid. LAGERBRING Sw. N. Hist. III D. C. VI, §. 15; & C. 3, §. 26. Cfr. *S. Birgittæ Revel. Extrav. C. 52* &c.

(194) Præter ea hujus rei testimonia quæ vita sua exhibet, idem S. etiam *Birgitta* confirmat, apud quam D. Maria hoc modo loquens de illo inducitur (*Revel. L. IV. C. 125*) *Septimum animal nihil timet* &c.

(195) *Hist. Suecor. Gothorumque L. IV, p. 131 & 137, Ed. Loccen.*

(196) *Schond. T. X. p. 16.* "Circa eundem (annum 1348) b. Hemingus, vitæ Regem emendandæ, tyrannidis non exercendæ in subditum diutius populum, nummi Petri ad belli usum nec convertendi, vehementer admonens, ab illo in vincula conjicitur." Cfr. *T. III p. 13, T. XII p. 188 sq. p. 195, p. 200; & T. XV p. 58.*

(197) Nulla ejus rei in illis quæ supersunt Ecclesiæ Fennicæ monumentis vestigia habentur; neque JUSTENUS noster, neque antiquius illo *Fragmentum Palmisköldianum*, neque *Chronicon Rhythmicum* (in peccatis MAGNI reprehendendis satis diligens) meminere, VASTOVIO etiam res fuit incognita; qui idoneam adeo materiam sancti

Regi MAGNO admonitionem liberam, aliquando in hujus
offensionem incidisse? Sed quod addunt, hanc ob caus-
sam in vincula etiam a Rege fuisse conjectum, multis
obnoxium est dubiis. Præterquam enim quod nulla vel
hujus rei, vel omnino gravis alicujus inter Regem &
Episcopum nostrum ortæ simultatis, in veteribus monu-
mentis (si unum exceperis ERICUM OLAI) mentio occur-
rat (197); nullam etiam causam ERICUS commemorat
hujus facinoris, neque significat aut ubi aut quamdiu captivus
Hemmingus fuerit detentus, aut quomodo liberatus? Hæc
igitur omnia MESSENIUS demum ex suo addidit (198);
qui etiam bis Regem idem commisisse piaculum, fiden-

O o 2 ter

virii heroicam celebrandi constantiam, neglecturus haud fuisset; quam-
quam fatendum est, ad vitam *Hemmingi* scribendam paupere admo-
dum eum instructum fuisse apparatu, quam ex Revelationibus Bir-
gittæ magnam confarcinasse, facile observatur.

(198) In verbis mox allatis, not. (196). Cfr. locum e T. III p.
20 in Nota proxime sequenti exhibendum.

(199) L. c. T. III p. 20 habet: "A. 1361. S. *Hemungus*, Finlan-
diæ vigilantissimus Antistes, ob iniquam Regis Erici necem, sibi cha-
rissimi, Parentes merito sceleris arguens, ab illis secundo in custodiam
detruditur, eamque propter per regnum Divina quinquennio obmu-
tuerunt. His tamen non deterritus Magnus, in pristina pergit mali-
tia, insuetis quoque plebeculam onerans contributionibus." Postquam
scilicet supra, nescio quas secutus rationes, anno jam 1348 Episcopum
nostrum in carcerem inclusum fuisse dixisset; ne ab ERICO OLAI,
quem solum testem hujus facti excitare posset, quique multo serius (eo-
dem-circiter tempore quo Waldemarus Rex Daniæ Gothlandiam Oelan-
diamque vastasset) *Magnum* hoc crimine se onerasse docet, nimis long-
e recederet, (utque simul novam materiam increpandi Regis Episcopo
suppeditare posset, necem videlicet filio *Erico* a parentibus illatam),
ineptam hanc adhibuit rationem, ut bis *Hemmingo* eandem contigisse
a Rege injuriam, comministeretur. Cfr. LAGERBRING *Sw. R. Hist.*
D. 3, C. 6, S. 20.

ter afferit (199), neque probabili ratione neque teste ullo suffultus. ERICI quoque auctoritatem, odium Regis infelicis acerbissimum, quod ubique prodit, minus redidit gravem (200); quem ob tantum scelus excommunicationis quidem fulmine fuisse percussum innuit, sed a quo? non significat (201); hanc tamen calamitatem ab illa qua

(200) Cfr. LAGERBRING l. c. Inimicorum Regis omnes cupide collegisse criminationes, nemini apertum non fit, infestas ejus declamationes, *Hist. Svec. Gothorumque* p. 125-131, (Ed. Loccen.) perlegenti.

(201) Verba ejus sunt: *Circa idem tempus* (quo Waldemarus Gothlandiam Oelandiamque afflixit) *captivatus est, eo jubente, Episcopus Aboensis, vir sanctus & innocens, & eidem regi fidelissimus, a qua culpa & excommunicatione contracta nunquam exitit absolutus; l. c. p. 131. De Hemmingo nostro agi, verba docent p. 137 occurrence, ubi legitur: "Cui (Regi Magno) dicunt in auxilium supervenisse Dominum Hemmingum Episcopum Aboensem, virum devotissimum, ob fidelitatem quam Regi Magno etiam in captivitate (constituto) servabat, licet ejus mandato fuerat aliquando captivatus." Non nisi semel captivatum fuisse, his verbis perspicue simul docetur.*

(202) Verbis e p. 131 mox allatis, ERICUS OLAI hæc subjungit: "Fuit etiam excommunicatus a Papa, propter pecuniam levatam Camera Apostolica, posito interdicto in regno, quam excommunicationem, ut desperatus parvipendens, & divinis se damnabiliter ingerens, cum alii fervarent interdictum, multis erat occasio scandali & erroris." Satis hæc verba significant, cur scriptori Clerico non posset non Magnus esse invisus; & simul excommunicationem a Papa profectam illi ob missum in carcerem Hemmingum Regi (ab hierarchis minoris dignitatis, hic domi?) obnuntiate non tantum tempore fuisse posteriorem, sed etiam Regi superiore culpa nondum liberato, cumuli instar, supervenisse. Unde ante a. 1360, quo censuram Ecclesiasticam, ob non redditas pecunias Apostolicas, sibi mutuo datas, Regem jam incurrisse constat, illud ab eo facinus commissum esse, credendum est? nisi minus accurate ERICUS hæc, ut multa alia, tradidit? Aliter calculos ponit Ill. LAGERBRING l. c. C, 6, §, 20 & 52; qui cæterum



qua ipsum Pontificem, *propter pecuniam levatam Camerae Apostolicae*, Regem afflixisse addit, aperte distinguens, quam imitari diligentiam recentiores neglexerunt (202). Quam incerta cæterum fama hæc videri debeat, de gravi adeo injuria Episcopo nostro a Rege illata antea sibi atque Ecclesiæ suæ faventissimo (203), JOHANNIS etiam MAGNI prædere ratio videtur, qui Regis ejusdem moniti reprehensivæ laudem *Hemmingo* Archiepiscopo Upsaliensi vindicat (204), Aboënsis Episcopi violati nullam

O o 3

omni-

recte observat, fulmen hoc in Regem infelicem vibratum fuisse non a Papa ipso, sed ab ejus Nunciis *Henrico Biscop*, Canonico (deinde Præposito) Lubecensi, Apost. Sedis Capellano, & *Johanne Guilaberti*, Decano Tarbatensi &c. videri profectum fuisse, ut Literæ produnt *Papæ Innocentii VI a Vastovio* (Ed. Colon. p. 197, ubi male annum 1358 pro 1360 apposuit) allatæ; cfr. A CELSE *Apparat. ad Hist. Sueo-Goth.* Sect. I p. 125 n. 9, p. 127 n. 16 & 20, p. 130 n. 7. A Rege in Finlandia præsentem *Hemmingum* fuisse in vincula conjectum, ERICUS OLAI non significat: ac secundum *Magni* in Estoniam iter, a. 1361 susceptum, fateor mihi suspectum videri; nullo enim alio argumento confirmatur, nisi Literis Regis quas exhibet *STRELOV Cronice Gutilandor.* p. 163 sq. ad *Proconsules, Consules ac totam civit. Wisbyensem* datis *Happuscillum Ociliensis diocesis An. D. 1361, Sabbatho ante Dominicam Invocavit* (Cfr. LAGERBRING l. c. §. 52, not. I), in quarum exemplo vitium inesse suspicor, nempe MCCCXXI pro MCCCXI, quo anno Regem *Hapsaliæ* fuisse atque Abbati & Conventui Padisensi *jus Patronatus ad ecclesiam Borgæ, Sabbatho ante Dominicam Passionis*, dedisse, extra controversiam est, & infra demonstrabitur.

(203) Quod ex privilegiis patet Episcopo Finlandensi liberaliter inter a. 1347 & 1354, concessis; ac supra p. 258, not. 162, p. 261, p. 269-273, commemoratis, signisque aliis favoris & fidei illi exhibitæ; cfr. *Tidn. utgifna af et Edliff. i Åbo*, 1785 Bih. p. 116.

(204) *Gothor. Sueorumque Hist.* L. XXI C.V.

(205) MESSENIUS l. c. T. X p. 16 dicit: *Ideo* (ob Episc. *Hemmingum* in vincula conjectum) *Pontifex offensus, Magnum suo perstrin-*



omnino faciens mentionem. Quomocunque autem hæc se habeant, captivitatem Episcopi nostri saltem non fuisse diuturnam, omnes fatentur (205).

Inter merita sua, *Fragmentum* sæpe nobis laudatum *Palmisköldiarum* rem commemorat aliis scriptoribus nostris ignotam, scil. *Hemmingum* nostrum *scrinium Siti Henrici procurasse*; quam laudem successori suo *Johanni II* Auctor noster vindicare videtur: qua de re infra.

Amicitiam constantem cum cognomine sibi, *Hemmingo* Archiepiscopo Upsaliensi, nostrum exercuisse, venisse inter eos amice de limitibus Dioecesis utriusque in Botnia septentrionali, morientemque Archiepiscopum sui in Aboënsis Antistitem affectus documentum etiam in Testamento suo edidisse, vetera produnt monumenta (206).

Consiliis sui temporis publicis licet non maxime sese immiscuisse videatur, non tamen ab iis omnino abfuisse, testimonio esse potest, quod Comitibus Warbergensibus a. 1343 interfuisse, sui que subscriptione nominis pacti-

git fulmine, & sacris vetat clerum per Finlandiam operari, donec ipsius liberaretur Antistes, qui fuit actutum solutus. Multa hic ex suo addit, verbis ERICI etiam repugnantia, qui Regem nunquam ab excommunicatione, hac culpa contracta, absolutum fuisse testatur, nec vel a Papa hoc fulmen profectum fuisse, significat, vel subditos Magni eo percussos, multo minus hanc calamitatem ad Finlandiam solam restrictam. Cfr. A CELSE l. c. p. 130 n. 7. Neque literæ Papales ullam Episcopi captivati mentionem faciunt, quod grave crimen silentio præteriturus Pontifex non fuisset; nec tam gratiose Regem tractaturus, si illius fuisset reus. Cæterum MESSENIUS in *Chron. Rhythm. Finl.* eadem quæ alibi narrat, p. 31.

(206) Cfr. PERINGSKÖLD *Monum. Upland. T. I p. 4, T. II p. 147.*

(207) Cfr. LAGERBRING l. c. §. 6, §. 2.

pactionem celebrem de conjungendis cum Regno Sveciæ in perpetuum Scania, Hallandia & Blekingia confirmasse, reperitur (207).

Non sanctitate modo vitæ, sed *miraculis* etiam editis inclaruisse, MESSENIUS asserit (208), ex ingenio, ut solet; quorum ne VASTOVIUS quidem ullam investigare valuît memoriam (209). Talium tamen, (ejus sc. generis qualia pleraque sunt Sanctorum Ecclesiæ Romanæ (210),) colli-

(208) *Chron. Finl. Rhythm.* p. 29, ubi de nostro canit:

Hwilken, som jag hafwer förstått,
Giorde i sit Sticht ofta godt;
Han war gudfruchig och fast wis,
För sin helighet skull bår pris;
Hon båtade honom så stort,
Ut han många Under har giort.

(209) Nulla commemorat, in vita Hemmingi nostri; quæ præteriturus haud fuisset, si quidquam de iis rescivisset.

(210) Cfr. ÖRNHJÄLM Hist. Sveonum Gothorumque Eccles. pag. 70 sqq.

(211) Diem etiam prodit JUUSTEN, (& post eum MESSENIUS *Schond.* T. X p. 17, levi errore pro 21 Maji, XXII habens, vid. T. III p. 24, T. XV p. 63, quia *Kal. XI* pro *XII* legit; cfr. T. IX L. III C. VII p. 4;), cujus auctoritatem spernere non dubitat Nob. LANGBRING l. c. §. 6 p. 72 & §. II p. II. Quum porro addat Auctor noster, decessisse *Hemmingum* anno ætatis 77, non difficile fuit recentioribus colligere, natum illum a. 1291 fuisse. Simili ratione Auctor qui a. 1340 electum, anno vero 1367 mortuum dixit, non potuit non asserere, per 27 annos muneri Episcopali eum præfuisse; unde mendum esse typographicum existimari debet quod MESSENIUS, *Chron. Episc.* p. 108 dicit *Hemmingum* annis XX sedisse; idem temere exscripsit WEXIONIUS *Descript. Svec.* L. X, C. XI; quem eundem errorem etiam amplexus est VASTOVIUS l. c. qui ætatis quoque annum 70 pro 77 male habet,



colligere penum, posterioris ætatis sedulitas sine dubio haud neglexit, postquam de *Hemmingo* nostro ordini Divorum adjungendo consilia iniri cœperunt; sed cum interveniens Sacrorum repurgatio his moliminibus obicem posuisset, miraculorum quoque suorum condendo indice supersedere licuit.

Annus mortis suæ, quem concordi testimonio auctor noster & *Fragmentum Palusköldianum* edunt 1367, an recte ab iis constituatur, licet dubitare (211). In *Registro Ecclesiæ Aboënsis* literæ vel ab eo datæ, vel quæ mentionem ejus viventis faciant, anno 1364 feriores non reperiuntur (212). Anno vero 1369 *Johannem Petri*, secundum

(212) Litteras Regis ALBERTI indigitamus, a. 1365, feria quarta proxima post octavas Epiphaniæ Domini, apud Castrum Aboense datas, de quibus supra commemoravimus p. 277 sq. not. (181).

(213) Literas scil. ostentat Episcopi JOHANNIS, omnibus & singulis Satagundiam inhabitantibus datas die 6. Clementis anno millesimo trecentesimo sexagesimo nono, Fol. 165, & R. ALBERTI, datas Stockholmis eodem anno Domini MCCC sexagesimo nono, quarta die Junii, quibus ad instanciam venerabilis in Christo Patris, Domini Johannis, Dei gracia Episcopi Aboënsis, omnes & singulas libertates - - - Episcopo Aboënsi & ecclesie sue - - - concessas - - - ratificat ac - - - confirmat. Ibid. Fol. 24. De quibus infra plura. Quin rationes adfunt haud leves existimandi, *Hemmingum* biennio aut saltem anno maturius, quam ab Auctore nostro proditur, vita excessisse? In laudato namque *Registro*, Fol. 49, binæ Papæ Urbani V Bullæ reperiuntur, (de quibus infra accuratius disputabimus) datæ Avenione XI Kalend. Novembris Pontificatus sui anno Quarto, hoc est anno Domini, ut adscriptum veteri libro legitur 1365, vel rectius 1366 (cfr. CIACCONI *Vitæ Pontificum*, ab Oldoino recogn. Romæ 1677 Fol. T, II p. 554, & A CELSE l. c. p. 128) ad Henricum Episcopum Aboënsen, proximum successorem *Hemmingi*, quem ante obitum munere sese abdicasse, nemo docuit? Neque hætenus causam nacti sumus suspicandi, errorem aut in nomine Episcopi aut in anni nota exprimenda, aliquem latere!

dum *Hemmingi* successorem, sedem Aboensem jam occupasse, idem Registrum documentis confirmat indubiis (213). Quare falsam esse *ERICI* Upsaliensis narrationem, vel potius famam ab eo commemoratam, cui nec ipse satis fidere videtur, facile patet; quæ Episcopum *Hemmingum* Regi HAQUINO, Patrem suum liberaturo, (a. 1371) auxilio venisse, tradit (214).

Longiores fuimus in rebus hujus Episcopi exponendis; quem non tantum tempore Religionis Romano-Catholicæ in patria nostra dominantis magna floruisse fama, cujusque memoriam magna fuisse veneratione cultam novimus (215), sed quem utique ad Ecclesiæ Fennicæ

P p for-

(214) Cui (R. Haquino, Stockholmiam, patris sui liberandi causa, oppugnanti) dicunt in auxilium supervenisse Dominum *Hemmingum* Episcopum Aboensem, virum devotissimum, ob fidelitatem quam Regi Magno etiam in captivitate servabat, licet ejus mandato fuerat aliquando captivatus. L. c. p. 137. cf. sup. not. 201. Obsidionem hanc Stockholmensem anno demum 1371 contigisse, demonstrat LAGERBRING I. c. C. 6, §. 72.

(215) Episcopus egregium *Magnum* Tavast impense laudaturus auctor noster (sive scriptor vetustior, cujus verbis inhaerisse videtur?) dicit: *In Ecclesia Aboensi beato Hemingo & sibi (post b. Henricum Episcopum) nunquam reperti sunt similes, qui tot & tanta laudabilia suis temporibus perpetrarunt opera.* Hanc laudem & *Hemmingi* nostri honorificam cum summo viro comparisonem, immeritam pronunciant *ISR. ESCHOLIN & ALG. SCARIN* *Posit. Hist. Polit. e Chronico Episcoporum. Pauli Justen excerpti, Thef. VIII p. 8 sq.* (*NETTEBLADT Schwed. Bibl. 1 St. p. 94*), causam addentes: *Cum prater zelum hierarchiæ propagandæ præposterum & adversus civilem Majestatem grande supercilium, adeo non multa cum commendatione & gloria ejus vitæ imaginem in annalibus expressam inveniamus &c.* Ulro quidem fatemur, Hierarchiæ constituendæ & promovendæ zelo præcipuo, pro temporis sui ingenio atque moribus, nostrum eminuisse; supercilium